

76
76

DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
QVANTITATE EMENDATIONIS
DOCTRINAE MORVM NATVRALIS
PER
REVELATIONEM DIVINAM

QVAM
SVB PRAESIDIO
IOHANNIS BENEDICTI
CARPZOV

ABBATIS MONASTERII REGIOLOTHARIENSIS
SACR. THEOLOGIAE DOCTORIS ET PROFESSORIS
PVBLICI ORDINARII

IN
AVDITORIO MAGNO THEOLOGICO

PVBLICE TVEBITVR

AVCTOR

IOHANNES IACOBVS VVASSER
OETTINGENSIS SACR. TH. CANDID

A. D. V SEPTEMBR. A. I. S. MDCCCLXI

HELMSTADII
LITERIS IOHANNIS DRIMBORNII

Dissertatio
de statu et status
la

Quantitate
magnitudine
statute
status

reverentia
et status

metr

et ab propria

Johnis penitenti

carpso

Johnis penitenti

Auditorio magno theologico

parvitate transire

metr

Johnis-Jacobius Wasser

et titulus eiusdem et eiusdem

ad eum etiam a modicis

Heilwstadt

et titulus eiusdem et eiusdem

V I R O

ILLVSTRI CONSULTISSIMO EXCELLENTISS' QVE
LUDOVICO ALBERTO FRIDERICO
KECK

SERENISSIMI PRINCIPIS OETTINGENSIS A CONSILIIS
AVLICIS ET ECCLESIASTICIS

V I R O M I C H E L

SUMME REVERENDO ET MAGNIFICO
GEORGIO ADAMO MICHEL

SERENIS. PRINCIPIS. ET ILLVSTRIS. COMITIS OETTINGENSIS
A CONSILIIS ECCLES. ANTISTITI SACRORVM SVPREMO.
PASTORI AD AEDEM S. IACOBI PRIMARIO SEMINARII
OETTINGENSIS EPHORO SUMMO

V I R O

ILLVSTRI CONSULTISSIMO EXCELLENTISS' QVE
IOHANNI DANIELI SEGER

IVR. VTR. LICENT. ILLVSTRISS. COMITIS OETTINGENSIS
A CONSILIIS AVLIC. ET ECCLES.

V I R O

SUMME REVERENDO ET EXCELLENTIS.
CHRISTIANO ALBERTO
CHRISTHOLD

ILLVSTRIS. COMIT. OETTINGENSIS A CONSILIIS
ECCLESIAST. DIOECESOS APPEZHOFIANAE
PRAESVL

A I R O
ILLUSTRI COMITIS OTTOKARII INTELLIGENTIAS. QAE
LADOGICO ALBRECHTO HERDERRICO
KRECK
FAVTORIBVS QVE SVIS
MENTE DEVENERANDIS
ERENISSIMA LITERARIA CONVENTUS
AVSIMMISIICIS
HOC SPECIMEN QVALE CVNQVE
DISSERTATIONIS ACADEMICA
STUDIORVM SVORVM PRIMITIVAS
SERVING. TITULATRIS COMITIS OTTOKARII
OBSEERVANTIA QVA DECET
A CONSILIIS ET COOPTATIS
TACTICIS SEMINARI
SUMMA PRAEDEA CA
OCTODITIONIS ETCHEO SUMMA
CONSECRAT
TVM
ILLUSTRI COMITIS OTTOKARII INTELLIGENTIAS. QAE
MONUMENTVM PIETATIS ANIMI GRATI
LONGE MAXIME DEVINCTIS
A CONSILIIS ET COOPTATIS
JOHANNI DANTONIUS HERDERRICO
NOMINVM EXCELLENTISSIMORVM
CUMMMI KLAVERENDO ET EXCELLENTIAS.
CHRISTIANO ALBRECHTO
CVLTOR PERPETVUS
IOHANNES IACOBVS VVASSEK
ILLUSTRI COMITIS OTTOKARII CONVENTUS
ECCLRISSIMAS. PROFESSIONIS ATTENTIONES
PRAESEVI

EMENDATIONIS DOCTRINA MORVM NATVRALIS
DISSERTATIO THEOLOGICA
DE QVANTITATE EMENDATIONIS
DOCTRINA MORVM NATVRALIS
PER REVELATIONEM DIVINAM

PROOEMIVM

IN QVO DISSERTATIONIS RATIO ET ARGUMENTVM
PERCENSETVR.

DOCTRINA morum, siquidem arte sumitur ea *Doctrina vox*, indicat scientiam mediorum, quibus morum, adhibitis virtus felicitasque obtinetur. Voca- *quid?* tur scientia haec, *naturalis*, quatenus ea quae docentur, a natura, ope intelligentiae innotescunt. Agam hac dissertatione, de emendatione doctrinae huius. Quum autem hoc nomine amplio, doctrina morum, tum illa, ab $\tau\sigma\zeta \varepsilon\xi\omega$ culta, tum *philosophica*, a sapientibus inter Christianos exornata, continetur, ratio etiam utriusque habenda est. Iam *haec* posterior quidem doctrina, *priori isti* praeripit palmam, nec erroribus inquinatur plerisque his, qui *istam* turpem, ac pernicie et periculis obnoxiam reddiderunt. Enim vero certissimum est, ne Christianorum quidem philosophos, solius ope rationis, pares esse potuisse, quibus extraneos antecellerent, nisi *reuelatio diuina* campum aperuisset veritatum eiusmodi, in quibus indagandis ingenium exercere potuissent, et nisi

A

reue-

II EMENDATIO DOCTRINEA MORVM NATVRALIS

reuelatio multa emendaſſet, multa dubia, multas tenebras depulifſſet, et certa reddidifſſet ea quae ratio poterat hu-
mana non niſi veriſimiliter intelligere. Attamen ne ſic
quidem ſuis caret erroribus doctrina haec.

II.

*Imperfe-
ctio do-
ctrinae
morum,
ex natu-
rae hu-
manae
imperfe-
ctione de-
monstra-
ta.*
Quae in doctrina morum naturali occurſunt, ea
naturae humanae nituntur enuntiatis, et tanquam effe-
ctus pendent a natura; quare etiam defectus naturales
ad ea pertinent. Sunt autem defectus illi non generis
vnius. Homo enim, quae ſibi ſalutaria eſſe poſſunt,
neque ſufficienter, neque diſtincte cognofcitur; de felicitate,
ac mediis illius obtinendae, falſo cogitat confufeque.
Et quamuis ſubinde, quid agendum fit, intellectus non
male putet, voluntas tamen iudicia eiusmodi contemnit,
nec illis obtemperat. Quae obnoxiae eſſe debebant fa-
cultates inferiores, eae in ſuperiores dominantur, et
hominem non modo a virtute auertunt, ſed etiam in
mala quaetus ac magnam infelicitatem coniiciunt. De-
fectus autem iſti, doctrinae ethicae dānum non tenuē
inferunt, tum ſi praecepta morum tradere, tum ſi ad
normam eorum vitam componere, mortales itudent.

III.

*Emenda-
tio doctri-
nae mor-
rum per
reuelatio-
nem diui-
nam.*
Deus autem, qua sapientia beneficentiaque, tum
ſumma etiam potentia, humanas gubernat res, quia itidem
ferio voluit ſalutem omnium, illius omnino fuit, actiones
hominum ad felicitatem dirigere, media ſufficere
idonea, et natura libis, parum congrua, alia longe me-
liora ſubminiftrare, quae defectus naturales ſubmoueant.
Quod quium videatur fieri aliter haut potuiffe, niſi per
manifestam voluntatis ſuae diuinae reuelationem, equi-
dem non ab re colligo, defectus doctrinae morum na-
tura-

turalis per hanc ipsam diuinam, qua nos praecipue for-
tunauit, reuelationem, sublatos esse.

III.

PRAETEREA tantum reuelatione sua tradidit, pa-
ter luminum, quantum ad corrigendos doctrinae morum
naturalis defectus satis fuit. Itaque reuelatio diuina lon-
ge largius, in plerisque etiam multo melius, lumine ra-
tionis, de rebus ad mores vitamque spectantibus, erudit
nos; et si neutquam euertat rationis rectae principia ex
doctrina morum, ut potius confirmet, clariorēmque iis
lucem accendat. Eo igitur usque in emendando tendit
reuelatio caelestis, donec omnes doctrinae moralis naui
defectusque, (sive illi ex mediorum, sive praceptorum,
tum imperfectione, tum obscuritate vel incertitudine ori-
antur,) aut emendati, aut omnino destruci sunt. (a)

V.

QVM in eo essem, vt ostenderem, quo modo do-
ctrina moralis per reuelationem diuinam sit emendata,
solllicitus fui de principio quodam, ex quo commode de-
duci, et ad quod referri possent ea omnia, quae de
quantitate emendationis huius docenda sunt. Praeterea,
de circumscriptione limitum emendandae eiusdem do-
ctrinae, cogitavi. Constat, huiuscmodi descriptione
accuratius constitui reuelationis finem, ex quo illa emen-
datio

A 2

(a) Usui idcirco est non conte-
nendo doctrina de moribus
philosophica, nec doginata ra-
tione confirmata ex hac di-
sciplina temere proscribenda
sunt. Eadem enim de causa,
Deus, naturae conditor, in re-
uelatione sua omisit prope

cuncta, quae de felicitate, et
de mediis eam obtainendi, ope
rationis immotuerunt. Quae
et ipsa etiam causa est, quare
doctrinae morum, tum natu-
ralis illa, tum revelata, scien-
tiae subordinatae a multis no-
minentur.

Limites
emenda-
tionis, re-
uelationis
finem de-
termi-
nant.

Limites
emenda-
tionis
sunt
princi-
pium,
quantita-
tem e-
mendatio-
nis cognoscendi.

III EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATVRALIS

datio deduci debet. Inde vero consequitur, delineandae emendationis quantitati inferuire omne id, quod enumerat recensetque illa varia, quae in fine reuelationis distingui possunt. Quoties enim aliquod dogma doctrinae moralis comparatur cum fine reuelationis, toties quoque, (certe generatum,) quantitas etiam quaedam in emendatione pater.

VI.

Reuelatio diuina. REVELATIO diuina hic non sumitur pro actione, qua Deus veritates salutares ac supernaturales immediate suggestit viris *Georγevos*. Sed intelligitur veritatum supernaturalium complexus integer, quem exhibet scriptura sacra. Haec Vetere ac Nouo Testamento constat: in utroque tam credenda quam agenda traduntur. Arctissimo vinculo quae cohaerent ita, ea ego non temere disiungam. Quapropter, quum de vsu totius scripturae sacrae in disciplina morali loquar, meum est demonstrare, qua tandem ratione doctrina morum per singulas reuelationis diuinae partes sit emendata. Quod quum faciam, statim in limine fatendum est, veritates quae plurimum in disciplina morali praestant, plenius a CHRISTO et Apostolis, quam in Veteri Testamento, discussas esse. CHRISTVS enim ὁ Θεονθεωτος, quae scitu et factu sunt necessaria, clarissime manifestauit, et satisfactione sua parauit media salutis, longe efficacissima, quae non possunt non singula doctrinae moralis capita perficere. Inprimis autem, in doctrina morali, ea literarum sacrarum pars, quae agenda continet, respici, (quamvis a credendis non separari), debet. Credenda enim, certo modo, inter principia doctrinae morum, ex quibus illa deducuntur, sunt referenda. Verbo: Ad obtinendum scopum dissertationis, praecipuae reuelationis diuinae partes, quae doctrinam moralem emendarunt, attendendae sunt.

VII.

DIXI antea, (§. I.) doctrinam illam moralē extraniorum, philosophia Christianorum morali longe inferiorem esse. Sed aduersariorum commenta, quibus interfingere student necessitatem reuelationis diuinæ, curatio rem doctriñae vtriusque delineationem postulant. Illi enim plerumque, a scriptis moralib[us] his, quae prodierunt, ex quo religio Christiana late diffusa est, et in quibus iam singula concinne et solide traduntur; colligunt ad praestantiam rationis humanae, eiusque in cognoscendis mediis salutaribus acumen. paucos duntaxat, eosque leues, defectus, a reuelatione emendatos esse, existimant. Enim vero res longe aliter sese habet. Philosophi hodierni plurima transtulerunt ex reuelatione in doctrinam moralē, et cum rationis enuntiatis dogmata reuelationis compararunt. Eiusmodi comparatione instituta, neceſſe erat, ut philosophia morum candidior et emendatior redderetur. Quum enim per reuelationem diuinam, officia omnia, et perspicue tradita, et argumentis motiuisque summe idoneis suffulta sint; haec praescripta videntur iusta esse rationi humanae, conscientia bonum approbat, malum auersatur, et philosophi non tam eorum conuenientiam cum ratione cognoscunt, sed etiam ex illa deriuare student. Nunc certe aſsequimur, qui fiat, quare non adeo diuerſe ſentiant philosophi recentiores in iis praeceptis, quae ad vitam digne et iuste gerendam incitant. Belle admodum! Attamen quid agit ratio (quaesumus) humana, quo philosophia ipsa moralis hac laude digna fit? Quare philosophi recentiores sibi persuadent, se eandem aſsequi sapientiam potuisse, eti carerent reuelatione diuina? Quasi vero idem eſſet, cognoscere conuenientiam doctrinae reuelatae cum naturali, quoad mores; et etiam, praecepta inuenire. Quapropter, si dextre iudicium eſt ferendum,

A 3

qua-

VI EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATURALIS.

qualis ea sit facultas naturalis, res quae ad felicitatem hominum pertinent, videndi, atque inueniendi; recurrentur ad philosophos veteres, cognitione, quam vel IUDAEI vel CHRISTIANI ex diuina reuelatione habuerunt, destitutos, tum certe constabit, innumeros superesse defectus in omni doctrinae morum genere. Etsi eorum sollertia, studiumque in veritate inuenienda, laudem meretur, tamen facendum est, eosdem veritatisbus grauissimis argumenta aut nulla aut infirma induisse, in sententiis misifice discrepasse, nec ad vitam mortalium emendandam multa effecisse. Itaque in hac dissertatione, etiam ad philosophorum τῶν ἔξω doctrinas respiciam.

Scopus
disserta-
tionis.

VIII.
AGAM vero, Θεος σὺν πατέραι, in hac dissertatione, non tam de emendatione generali doctrinae morum, nec argumentum, supra (§. III.) adductum, prolixius euoluam. Quodsi fecerim, actum agerem, quum iam multi in eo praeclare occupati fuerunt. Constitui potius, in quantitatem emendationis quarundam doctrinae moralis partium inquirere. Quia autem inter primarias doctrinae morum affectiones referuntur principia, finis, motiva; equidem perfectiones, quae his tribus momentis per reuelationem diuinam acceperunt, quantum sciam poteroque, succincte describam.

Methodo-
dus.

VIII.
CAPITA doctrinae morum, in dissertatione hac describenda, quum valde differant inter se, ideo non incongruum putavi, tribus sectionibus argumentum absoluere. Primum quidem principia, deinceps finem; tandem motiva attingam, ordine (puto) naturali nexum hunc postulante. Singulis sectionibus, has mihi leges proposui: Expositis defectibus, quibus singula, quae attin-

attigam, premuntur; ostendam, qua ratione reuelatio
diuina sustulerit hos defectus, quae superaddiderit cuili-
bet capiti, et quomodo haecce omnia tum doctrinæ
moralis, tum hominum naturæ, tum ipsis denique per-
fectionibus diuinis, conueniant.

X

HIS rite peractis, non est, quod dubitem de *vtilitate* *Vtilitas*
quaestio*n*is huiusmodi. Primo enim, conuenientia
illa gratiae naturaeque, maiori nec perspicuitate nec cer-
titudine constat, quam si operam damus, ut doctrina
morum naturalis cum reuelata vinciatur. Eiusmodi ve-
ro connexio, omnium optime *limitatione quantitatis*, de
qua dixi, cognosci potest. Deinceps, ad praefantiam
reuelationis diuinae celebrandam, expositio eiusmodi
quantitatis haut parum praefast. Quo quis enim ma-
gis de virium debilitate naturalium conuictus est, et quo
denique certius emergit diuina ex reuelatione emolumen-
tum, eo etiam maior aduersus reuelationem reuerentia
apud nos excitabitur. Vtrumque ut obtineam, mihi
opto equidem. Tandem vero, neque dubito euenturum,
quin, demonstrata curate quantitate istiusmodi, tanquam
ex armamentario aliquo, arcessantur tela, quae in *debi-*
tas, vel hodie non parum fortes, iacentur.

SECTIO I.

VIII EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATVRALIS

SECTIO I.

DE EMENDATIONE PRINCIPIORVM DOCTRINAE MORVM NATVRALIS PER REVELATIONEM DIVINAM HVIVSQUE QUALITATE ET QVANTITATE.

I.

Principia doctrinae moralis, quid? **E**NVENTIATIONES, quae docent, quid faciendum sit aut omittendum, si virtutem ac felicitatem adipiscamur; haec, *principia* appellantur doctrinæ moralis. Propositio autem, quae dicitat, quid debeat fieri, et obligat ad agendum; vocatur *lex*. Iam vero etiam per principia constituuntur normæ, quibus actiones hominum attemperandæ sunt; officia dicuntur, haec. Vinculum denique, quo *principia*, *regulae*, officia cohaerent in doctrina morali, facit, ut emendatio horum, nouam perfectionem induat. Evidem de principiis iam acturus in sectione hac, quae cum iis coniuncta sunt, haut omittam. (b)

Principium doctrinæ morum naturalis. **L**OQVOR in dissertatione hac de doctrina morum naturali. Iam partes sunt meæ, *primum*, ex definitione doctrinæ huius, principiorum eiusdem scientiae notio nem deducere; *deinceps*, varias philosophorum de hisce prin-

(b) Solent plerunque inter *principia* doctrinæ morum referri, propositiones, quae actionum *moralitatem*, *obligationem*, *imputationem* exponunt. Hac vero quum omnino *ratione* innescant, nec dici possit, eas ex *reuelatione diuina* emendati, disquisitio earum

singularis scopo meo iam non conuenit. Principia continent rationem, cognitionis illius, quid agendum sive negligendum sit; quibus in euoluendis obseruandæ in primis sunt tum leges, officiaque per principia accurate constituenta, tum modus leges cognoscendi.

principiis sententias recensere. Quod ad prius attinet, dixi statim (§. I), principium huius scientiae *legem naturalem* esse. De philosophorum autem *verisimilitudine*, ut defectus principiorum clare constent, aliquanto prolixius agam. Id tantum addam, philosophos eas propositiones, quae principia doctrinae moralis sunt, in unam aliquam *deorum universalem* conuertisse.

III.

DIFICILE admodum est dictu, quibus ex enuntia- *Principis*
tis philosophi gentilium deduxerunt officia hominum. *pium,*
Horum si libros legimus, constabit, philosophos, ut qui *quale fuerit* *tuis*
omnium tamen maxime disciplinam moralem colebant, *et* *z;*
in tradendis praeceptis huiusmodi, sine via et ordine in-
cessisse, regulas virtutum plerasque in apophthegmata in-
uoluisse, neque placita rationibus communiuisse. Prae-
terea alienum fuit a re sacerdotum, viam consequenda
virtutis plebi monstrare. Si modo pansis plebs manibus
ad Deorum aras configureret, quia ipsi theologiam a do-
ctrina morali separabant, officio satis suo fecisse, visa est.
Interea tamen, ut ex eorum, sic *DE ISTARVM* etiam, (vt
qui vel hodie religionem gentilium exornare ac defendere
student,) (c) conamibus potest colligi, illos actionum
normam haut aliunde, quam a iudicio rationis, ac
boni malique conscientia petuisse. Vtrumque, actiones
hominum morales, legemque adeo, constituere existimau-
runt. Quicquid igitur naturali boni malique cognitioni,
quicquid conueniebat sensioni ipsorum, normam illud
virtutum crediderunt. Inde factum, ut praecepta mo-
rum plurima naevis et erroribus implicata essent; pau-
ca,

(c) MATTH. TINDAL. Lib.
Christianity as old as the Creation. HERB. DE CHERBURY de

*Relig. Gentilium. Conf. 10H.
LELAND, Sciagraph. Scriptor.
Deisticor. P. I. Epist. 1. 8.*

ca, puritate, certitudine, efficacia praestarent. Tanta enim est hominis prudentia ad demonstrandum bonum, quanta ad exigendum auctoritas; ista fallitur, haec contemnitur facile. Praeterea quum regulas virtutum ex fonte deriuassent multiugi, intellectu difficile non est, qui euenerit, ut alia gens, aut secta philosophorum alia, praecepta tradiderit a ceteris diuersa. (d) De principiis, a gentibus iacti, vitiis, infra dicam.

III.

*Principi-
um, que-
le fit phi-
losophis
Christia-
nis?*

PRINCIPIA philosophorum inter Christianos, cognoscuntur ex libris philosophiae moralis, immo generatim ex indole philosophiae totius practicae. In his, quae natura tradit praecepta mortui, philosophi rationibus superstruxerunt. Quodsi enim *leges naturae*, non habita systematum ratione, considerantur, hanc multum certe (fateor,) a gentilium illae opinionibus distabunt; nec est quod credam, hominem Christo addictum in communis vita de legibus naturae cogitaturum, vel eas pro norma Christiana habiturum esse. Posuerunt philosophi plerumque vinicum principium, sed in quo tamen definiendo mirifice differunt, adeo, ut si omnia afferrem placita de principio doctrinae moralis, fines dissertationis excederem. Sufficiet saltem, generalem principii huius enarrationem dedisse. Iudicant οἱ ἀνθρώποι, Deum, naturae auctorem, homines creasse, ut gloriam creatoris sui illustrarent. Pergunt, gloriam Dei optime illustrari per felicitatem creaturarum intelligentium: ipsum adeo Deum indidisse animis earum stimulos ad felicitatem consequandam: ergo homines obligari, cunctis mediis felicitati inservientibus vti, et agere semper id, ne unquam a tramite felicitatis, Deum et alios laedendo, aberrarent. Quapropter philosophi plerique, quum mores homi-

(d) Vid. IOH. LAVR. MOSHEM, Theol. Mor. P. I. p. 108,

hominum delineant, conantur ex illo postulato, *fac ea quae te felicem et perfectiorem reddunt*, officia hominum deducere. In quantum sufficiat hoc principium, deinceps accuratius disquiram.

V.

LEX naturae, si intelligitur gentilium philosophorum sententia, dupli vitio, (praecipua autem tantum principii expono,) laborat. Primum enim tam yniuersalis non est, quam esse debebat, si omnia inde deducantur, quae doctrina moralis tradere ad virtutem et felicitatem consequendam debet. Nam iudicia ac sensus boni malique differunt in hominibus corruptis, immo omnibus. Alii subacto, alii obtuso ingenio sunt. Alii approbant, quae alii auersantur. Vulgaris illa opinio, quibus tamen non nulli gentilium superstruxerunt praecepta moralia, ea non fallit modo, sed et quotidie ferme immutatur. Igitur homo modo alias, aliasque, virtutis sectari regulas cogitur; alias regulas, iamiam expressas confirmatasque, peruerit, et vt affectus postulant interpretatur, quum conscientia propria munere fungatur legislatorio. Id vero perfectioni ac certitudini, quam in *lege* merito desideramus, repugnat.

Deinceps, philosophi τῶν ἐξω theologiam a doctrina morali separarunt, praecepta certe moralia auctoritate Deorum suorum haut demonstrarunt. Lex autem omnis, si ad animos virtute imbuendos vim habeat, tam propria quam sufficienti auctoritate nisi debet. At plane omni est destituta auctoritate, lex, a gentilibus assumta instar normae. Lex proprie declarat voluntatem superioris, dat normam subditis, auctoritate legislatoris vindicandam. Itaque gentiles, dum naturam affirmant, nulla Dei creatoris, nulla illius voluntatis ratione habita, leges ferre; tandem statuunt sufficienti quoque auctoritate esse,

B. 2

Defectus philo-
phorum apud Ex-
transcor.

qua

XII EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATVRALIS

qua iudicia sua confirmare, atque a violatorum obtestatione vindicare posset. Quas vero si tribuant vires legi naturali, sequitur, ipsam naturam sibi met ipsi ferre leges, ac sibi subiectam esse. Enim vero non est idoneum dictu, officia hominis simul oriri in homine, simul finiri, et vnam hominis facultatem alteri leges praescribere. Si enim, quod ARISTOTELES iudicauit (e), verum est, voluntatem regi intellectus dictamine; si peccatur (verbi causa) aut vitiose agitur, statuendum forer, ipsummet intellectum leges dicitantem errauisse. At cum eiusmodi vitiis, perfectio legis naturae, quam isti iactant, conciliari non potest. Fac denique, aliquem, propter legem naturae violatam, mereri poenam legi amexam, non solum voluntas quae peccar, sed natura rotunda punitur. Igitur poenas dabit subinde natura ipsa, non obstante perfecta, quam dedit, lege. Quum id auctoritati autem iustitiaque repugnet, certum est, neque legem naturae sua satis auctoritate sufficere.

VI.

Defectus regulorum, ex Principio manco deducatur. REGVLAS, ad consequendam virtutem felicitatemque necessarias, sed a gentilibus ignoratas, infra indicabo, quum de his, quae principio doctrinae morum per reuelationem diuinam sunt addita, dixero. Superfunt tamen haut pauca, quae deficiuntiam reguliarum, quas tradiderunt extranei, confirmant. Illi enim partim regulas dederunt peruersas, et quae sine debito exciderunt, partim obscuras, fundamento tenui innixas, confusasque. Ut prius comprobem, attulisse sufficiet ista duo. Primum, non defuere, qui non solum assentati sunt actionibus eiusmodi, quae parum compositis turpibus que animi commotionibus conueniebant; verum etiam

(e) ARISTOTEL. Ethic. Nicom. p[ro]cl. Helmstad.) Lib. III, Cap. 9. p. 102.
Lib. III. Cap. 5. p. 80. (ed. Ra-

qui talem viuendi rationem quasi praeceps legitimis infunxerunt. *Quum enim finem bonorum crederent vel voluptatem esse, vel honores, vel vitam stimulis naturae actam agitaramque, viam ad scelera omnis generis aperebant ac dilatarunt.* Qui enim prohibuerint, (ut eo utrū) virtutem turpe libidinis, qui superbiam, paucissimi adfiant. *Deinceps nemo dedit regulas, quibus commendatur studium emendandi animi.* Mores externe honesti, vita minime scelerata, haec virtus erat. Habitus animi agendi bene, negligebatur. Quoad posterius, haec afferam. Quodsi quis sine partium studio considerare volet quaestiones, quas illi disputatione de summis et graibus praecepsis doctrinae morum, ille fatebitur, eosdem veritates morales, per ineptas disceptationes, quibus non veritati, sed ostentationi studebant, confundisse magis, quam illustrasse, distinque proposituisse. Proprium est gentilibus, ex principiis falsis elicere placita, subinde non parum splendida. Nulli ferme ineptius de Deo senserant, nulli vero de eius cultu probabilius effati sunt, **STOICIS.** Quis reprehenderet, quae de amore aliorum, et de officiis quae hinc emanant, exposuerunt? Sed quo fonte, videamus. Diligendi sunt, (inquit,) omnes. Quare? quia membra sunt huius vniuersi. (f) Certe omnia, quae dictamine naturae, et quae conscientia propria innituntur, solidiore fundamento carent. Quapropter ARISTOTELES, qui praecpta virtutis vulgaribus hominibus saepe superstruxit, fatetur ipse, honesta et iusta, quae considerat morum doctor, tanta varietate, tanto errore inquinari, ut lege tantum, non natura, (g) constare videantur.

B 3

VII.

(f) Conf. IVST. LIPSIT Physiolog. Stoicor. Lib. III, Diff. 8.

αναι τοσπίτης ἔχει διαθρόνυ και
αλάνην, ὡς τε δοκεῖ νόμιμη μόνον εἰ-
ναι, φύεται δι' αὐτήν.

(g) ARISTOTEL. Ethic. Nicomach. I, 3. Τὰ καλὰ καὶ τὰ θε-

XIII EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATURALIS

Demon-
stratio
defectus
Princi-
piorum,
ex Gentilium deo-
eis et
praxi;
item ex
Scriptura
sacra.

LOQVNTVR porro ac testantur de imperfectione principii doctrinae morum apud gentes, harum meditata ac *Geog. vii.* Scripta eorum, qui vitam et doctrinas veterum philosophorum exponunt, dabunt, eos pietatem, dignam hoc nomine, cognouisse parum, multo minus coluisse. PYTHAGORAS (b) quidem, SOCRATES, item PLATO, tam propria meditatione, quam comparatione morum legumque gentium multarum erudit, praeclara attulerunt praecepta. Attamen certum est, omnia praecepta morum, etiam ab his tradita, nonnisi consilia esse, ex ingenio acute profecta, quae placent quidem intelligentiae nostrae, sed animum vero non flectunt. Id saltem colligimus ex placitis horum philosophorum, quod omnia multis dubiis inuoluunt, falsas de Deo sententias proferunt, prouidentiam eius negant, sumnum bonum ac virtutum utilitatem ignorant, nec veritati obsequium praestant. Num censes, (ait CICERO,) (i) praecepta virtutis apud eos ipsos valere, a quibus inuenta, disputata, conscripta sunt? Quotas enim quisque philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus, ut ratio postulat? qui disciplinam suam non ostentationem scientiae, sed legem vitae putet? Multi, libidinum serni plerique tumuere superbia: in primis STOICORVM insignis, et

(b) Confer. CLEMENS ALEXANDR. Stromat. Lib. I, p. 303. vbi fatetur, PLATONEM ac PYTHAGORAM, plurima dogmata, in primis *Eibicam*, ab Hebraeis mutuatos esse. Vid. ABR. GRAVII Hist. Phil. Lib. I, cap. 5, p. 33. et HENR. SCHARBAV de fatis Iud. Moral, inter Hebr. (Obseru.

Sacr. T. III.) p. 700-703. (i) CICERO Tuscul. Quaest. lib. II, cap. 4. Exemplo SOCRATIS, hoc luculenter demonstravit IOH. IAC. ZIMMERMAN. in Meditat. de Relig. Christiana, collata cum Philosoph. Socratis, §. 5. Extat in EIVS Opusculi variis, Tom. I, P. 22 pag. 562 sqq.

CYNICORVM famosa secta. Iam si nē illi quidem, qui tradunt praecepta inueniuntque, his obtemperant, quali quaeso efficacia erint apti hos, qui nesciant aliam regularam huiusmodi auctoritatem, nisi hanc, illas esse grandium cosmopodiascalorum placita? Literae sacrae omnium optime demonstrant depravationem hanc, eorumque, qui sapientes et philosophi videri volebant, animum insipientem. Diuus PAVLVS, praeter ea quae sub initium Epistolae ad Romanos scriptis, (cap. I, 19-32.) speciatim peruersitatem principiorum, hūusque causas, in Epist. ad Ephesios (III, 17. 18) subnecrit. Intellectum, ait, eorum, ineptis atque vanis opinionibus turgere, voluntatem erroribus his obtemperare. Τα λοιπά ἔθνη περιποτεῖ ἐν ματαιότητι τῆς ζωῆς αὐτῶν, ἐσποτισμένοι τῇ διανοίᾳ. Hos, pergit, vitam agere tam turpem, ut animo caligantes, a diuina vita fint alieni: Οὗτες ἀπίλλοτερωμένοι τῆς ζωῆς τῆς Θεᾶς. Huius vanitatis causam geminam assert: τὴν ἀγνοίαν, ignorantiam, et τὴν πόνωσιν τῆς νοεδίας, animi torporem. Efficit enim naturalis ignorantia, ut nec veritas cognosci, nec rationis, quae adhuc superest, iudicioflare possit. Inde homines permouentur, inepta, quae amens doctor garrit, pro egregie pulchris, defendere, ad haec vitam instituere, adeoque pergere in vanitate mentis. Quodsi ad coecitatem illam torpor accedit animi, certe etiam perturbationes ac sensations dominium capessunt, et inclinationes ab omnibus, quae sunt bona et Deo grata, recedunt. Eo referas quoque illud, quum Christus apud IOANNEM, (XVI, 2. 3.) tantam, ait, hominum peruersitatem esse, ut Deum adeo coli a se rebus eiusmodi posse, putent, quae repugnant naturae ipsi.

VIII.

-idq NEQVE vero defectu etiam caret suo principium do. Defectus Etinae moralis id, quod philosophi Christiani appro- principiis
dare
QUEST

XVI EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATVRALIS

philoso-
phiae mo-
ralis
apud
Christia-
nos.

bare solent. (§. IIII.) Maiori quidem virtute, pulchritu-
dine etiam comtiore, nitent praecepta morum, si agno-
scimus, et nos, et omnia nostra, a summo illo auctore
et legislatore, Deo, dependere; si etiam finem summi
Numinis in creatione assequimur; denique si cognoscim-
us, motus ad bonum naturales a Deo animis nostris esse
inditos. Quae quum philosophi Christianorum distin-
cte agnoscant; quum melius atque emendatius, quam
gentiles, veritates morales mente et animo comprehen-
dant; quum denique reuelationem diuinam, eti ex ea
narrat̄ rō ἐπτὸν ac proprie nullum dogma deducunt, ita ta-
men semper respiciant, vt eorum philosophumena effatis
Scripturae sacrae haut repugnant: qui mirum, vt regu-
lae, quas praescribunt, maiori tum auctoritate, tum suffi-
cientia, quam illa gentilium adhortamenta constent?
Philosophi probe quidem intelligunt, malorum esse stir-
pem primum omnium eradicandam, quam vt aliquis
agat, quae felicitatem suam seruent ac promoueant. At-
tamen, quum in euellenda malorum radice requiratur,
vt nec naturam, nec mali ignoremus ortum, qui vero
non nisi per reuelationem diuinam innotescit; destituti
sunt etiam facultate omni originem malorum indicandi,
ac regulas praescribendi, quae ad eradicandam ipsam stir-
pem vim habent. Idem philosophi suadent supprime-
re concupiscentias prauas, suadent animum sedare. At
praua animi humani conditio non permittit, vt illa iu-
dicia, quibus philosophi inclinationum turpitudinem de-
clarant, mentem etiam ipsam immutarent! Interdum
quidem aliqua vis veritatis peruenire ad mentem, eam
que communere videtur, per quam oppressas esse animi
perturbationes existimamus. Sed redeunt paullo post
maiori impetu, conditionemque nostram longe deterio-
rem efficiunt. Itaque parum sufficit regula, quam phi-
losophi dant, vt tranquillitati affectuum studeamus, nec
ratio

ratio humana consilium suggestum, quum auxilio maxime indigemus. Plura addam. Regulae, quae distinctae, quae certae nobis videantur, utpote rationis humanae argumentis confirmatae, saepe obscurae sunt, saepe fallunt. Sunt enim ut plurimum inordinatae, animi nostri commotiones, quae argumentum, quod hodie videotur clarissimum, cras tanquam ineptum atque parum idoneum repraesentant. Desunt etiam conatus, philosophorum regulas universales ad promouendam virtutem, in usum et habitum singularem conuertendi; immo vero, si quis talia conaretur, regulae tamen minime cohaerent, ut earum ratio satis pateret. Quodsi denique nihil esset horum omnium, quae contra praceptorum, quae natura tradit, perfectionem moneri possent, constaret tamen aperte, ea ad omnium captum non esse accommodata. Ut enim argumenta naturae sint idonea ad convictionem nostram, necesse est, ut multas veritates perspicue cognoscamus. Quot sunt autem, qui media ad cognitionem huiusmodi distinctam sibi acquirendam introspicunt?

VIII. IAM his naeuis et his imperfectionibus principii expositis, accedo proprius ad scopum. Itaque dum in eo sum, ut constituant modum praestantiamque perfectionum, quas doctrina morum obtinuit ope revelationis diuinæ, meum est in primis, tum exponere de praceptis revelationis diuinæ his, quae defectum principii doctrinae moralis supplant, tum eorum praestantiam demonstrare. Ergo igitur tenenda sunt, quae sequuntur. Scilicet, revelationis diuina, quae dictamina quidem rationis humanae haut omnino euertit, doctrinam perficit moralem hoc triplici modo. I) Reuelatio diuina regulas dat ad consequendam virtutem felicitatemque, longe praestantiores, quam ratio. II) Reuelatio diuina methodum adhibet in praecēptis tradendis

C

Emenda-
tio prin-
cipii tri-
plex per
revelatio-
nem diu-
nam.

XVIII EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATURALIS

dis, solidiorem atque clariorem, quam ratio. **III.** Reuelatio diuina praecpta tradit positiva, felicitatem aeternam promouentia, et quidem talia, quae communibus hominum praeiudiciis opposita sunt.

Primus
emenda-
tionis
principii
modus,
per reue-
lationem
diuinam
quoad
regulas,

I. PRIMVS emendationis modus (vt dixi,) hic est: Reuelatio diuina dat regulas ad consequendam virtutem ac felicitatem, longe praestantiores, quam ratio. Regulae virtutis pietatisque, quas theologia moralis docet, quia et notiores sunt, quam vt repetam eas, deinceps quia commemoratione earum omnium ad scopum dissertationis parum facit, praecipuas duntaxat afferam. **(I.)** Primo commendat scriptura sacra, vt vnicum tantum Deum, sed diuinae essentiae personas colamus tres; et, vt vitam nostram ad perfectiones Dei infinitas, quantum quidem id fieri potest, dirigamus. Haec regula, rationem humanam fugit semper. Homo enim, a natura, nunquam ex cogitat argumentum, quo vnitas in Deo comprobabitur satis. Extranei quidem non male docent, officia, Deo praestanda, recto de Deo sensu, rectoque illius cultu, absoluvi. **(k)** Attamen, horum in neutro, sanæ rationis praescriptum sequuti sunt. Quid enim? Philosophiae gentilium nonne positum fuit in eo caput, vt duo rerum principia, Deum et materiam, admiserint? In hanc vnam sententiam communi Ethnici cuncti consensione delapsi sunt. Itaque quem nos Deum dicimus, colimusque, eum illi mundum et materiam appellitarunt. Quem praestandum esse Deo censuerunt, is cultus cognitioni eorum respondit. Quamobrem docuerunt, omnia officia mutuis affectionibus esse metienda, nosque oportere de

(k) Conf. EPICETEI Enchirid. Cap. XXXVIII.

de Deo ita cogitare, ut recordemur, cuius pars simus. (l)
 (2.) Deinceps iubent sacrae literae, ut internam animi indolem, ac voluntatem in vitia pronam, emendemus, et, ne externam saltem virtutum speciem praenobis feramus. Libri sacri conuersionem et fidem postulant; serio monent, conatus quosuis ad peccata, concupiscentiasque prauas opprimere, suffocareque. Ut paucis multa comprehendam, comindant illi, ut ex animo puro, ex bona conscientia, et fide non ficta, omnia profiscantur.
 (l. Tim. I, 5.) Referri possunt ad hanc legem leges aliae oppido multae, inter quas eminent hae, ut sancte cogitemus; ut nosinet abnegemus ipso, pauperesque spiritu simus. (m) (3) Praeter haec, porro etiam praecipiunt scripta reuelata, ut alios diligamus tanquam nos ipso. Immo vero, ipso adeo inimicos nostros amandos esse, inculcant et vrgent. Speciem quandam huius regulae STOICI, aliquique ex Christianis philosophiae moralis doctribus tradunt. STOICI negant, se ab hominibus, ut pote particulis Dei, violari posse. (n) Philosophia au-

C 2 tem

(l) MARC. AUR. ANTONI-
 NVS Lib. V, τὰν εἰς θεού, §.
 24: Μέμνοντος τῆς συνύνθετης σολα,
 ἢ οὐδιγενος μετέγενετοι τῷ σώμα-
 των αἱρεῖσθαι, ἐπερχόμενοι αἱρεί-
 σθαι τοι διάτητα αὐθαίρετα, τοῖς
 τῆς εἰμαρτύρου, τοῖς πόνοντοι τοῖς;
 THOM. GATAKER ita ver-
 tit: Memineris et naturae v-
 niuersae, cuius particularam ex-
 iugiam, admodum obtines; et
 aequi vniuersi, cuius spatium
 breve et momentaneum tibi af-
 signatum est; et fati cuius
 quantilla es particula?
 (m) Adduci merentur verba

TERTULLIANI, in Apolo-
 get. Cap. XLV, pro defenden-
 dis praeceps istiusmodi: Quid
 plenus, dicere, non occides? an
 docere, ne irascaris qui-
 dem? Quid perfectius, prohibe-
 rebre adulterium, an etiam ab
 oculorum solitaria concupiscentia
 arcere? Quid crudius, de
 maleficio, an de maliloquio in-
 terdicere? Quid infrauctius,
 iniuriam non permettere, an
 nec vicem iniuriaie finere?

(n) Iterum MARC. ANTONIN.
 Lib. II, §. 1: Οὐαγράνων εἰτ
 οὐα γράνειν.

XXV EMENDATIO DOCTRINAE MÓRVM NATURALIS

tem moralis amorem erga inimicos, actionem iudicat praeclaram sapientissimamque esse. Quicquid vero fuerit, simulare quidem aliquis potest amicitiam; at odium, quod in animo habet, conuertere in amorem, id non solum non potest natura eius, sed etiam ne commendat quidem. (4) Tandem denique reuelatio diuina postulat ab homine, felicitatis studioso, ut humilitati modestiaeque studeat. Matth. XVIII, 3. 4. Eph. IIII, 1. 2. Certum est, ceteras virtutes omnes, ornari animi submissione, et hominem tum demum euehi ad gloriae suae et decoris fastigium, si humilis, modestus, mansuetus est. Nihil sane, quod perfectius, nihil quod utilius sit hac virtute, homini commendatur; homini, a misericordia et gratia optimi Numinis dependenti, viatorum haut immuni, et qui virtutes quas exercet peragit ideo, ut satis officio suo, non gloriae, faciat. Neque mirum est, quod hanc virtutem multoties inculcat reuelatio, quam de eadem, ne illo quidem verbo, loquatur doctrina mortui naturalis. Quod enim ad philosophos gentiles, in primis stoicos, attinet, illi sane virtutem alio excoluerunt sine nullo, quam ut alios generosiore quodam contentu possent despicer.

XI.

MODUS
bīc a
Cristo et
Apololis
traditus.

HIVIS MODI praeceptis plenae sunt ac referatae sacrae literae. Deus enim simul ac voluntatem suam coepit reuelare, curauit etiam φιλαρδεῖνως, ut de natura et perfectionibus eius summis humandum genus institueretur. In primis CHRISTVS aduentu et satisfactione sua declarauit, tam auferum, tam severum atque ὥκληγον Deum haut esse,

ἀπομοίως μέτοχος, κτε Ελαῖνος
ἐνό τινος αὐτῶν δύνασθαι. Qui
(contra me) peccat, is mentis
et portionis diuinæ tecum

partecept, nec laeti posse me
ab illo borum compertum ha-
beo.

esse, quam illum moralis lex, (Exod. XX, 5.) oeconomiae Iudeorum data, sifit. Ioh. III, 17. V, 45. Idem Salvator ex perfectionibus quoque diuinis officia deduxit nostra, admouuitque nos, ut eas imitemur, ut moueatur per illas in actionibus nostris, quia credentes hoc studio vnti sunt cum Deo, quamdiu vivunt. Matth. V, 48. Tit. II, 11. sq. Messias quum nondum ἦταν esset, instituit omnes de naturae hominum depravatione, voluntate, ut mentem immutarent cuncti, et Deum tuto corde totoque animo diligenter. Deut. XXX, 6. In lege enim morali, quam sollemniter per MOSEN promulgavit, praecepta tradidit eiusmodi, quae poscent animum purum, omnemque prauam concupiscentiam interdicunt. Praecipue IESVS, in luculenta illa oratione, in monte habita, (Matth. V-VIII.) officia serio, et ὡς ἔξοιλας ἔχω, inculcauit. Non solum ab interpretationibus peruersis diuinam ibi legem vindicavit, sed finem quoque illius proprium docuit. Reiecit eos, qui externam saltem virtutis speciem prae se ferunt. (VII, 15.) Docuit, opprimendas esse prauas animi commotiones, ne radices in animo altas agant, aut praeiudicata enascatur opinio, quasi fieri non posset, ut aliquis veram virtutem adipiscetur, et quasi exercitium virtutum res sit nimium grauis. (V, 28-30.) Ab his Christi enuntiatis non diuersa docent Apostoli. Hi statim a primo inde tempore munericis sacer, quum doctrina caelestis ab hostibus adhuc impugnaretur, et criminum magnorum accusaretur; igitur demonstrarunt in Epistolis suis, huc isthuc missis, ea, quae doctrina Christi postularet, non modo hominibus cunctis salutaria, sed omnibus quoque rebus publicis utilia esse. 2 Cor. III, 1. seq.

XXXIX
XII. hunc mytionem
III) PERGO ad modum secundum emendationis prin. Secundus
ripii doctrinae morum, nempe eum: *Reuelatio diuina me- emenda-*
tbodium

XXII EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATURALIS

tionis
principii
modus per
Reuelati-
onem di-
uinam,
quoad
metho-
dum;

thodum adhibet in tradendis praeceptis, solidiorem clario-
remque, quam ratio. Proprie quidem alia res est cum me-
thodo scripturae sacrae, quam cum methodo aliarum di-
sciplinarum. *Methodus*, opus est humanae artis, ordo
in tradendis dogmatibus. Talis ordo sensa animi cum
aliis communicandi, demum post tempora reuelationis
diuinae excultus, et vario ac diuerso modo institutus ex-
ornatusque fuit. Deus vero in reuelatione, vt pote quasi
alius plane mundi loquela, vñus non est adminiculo eius-
modi, cuius humanae duntaxat sapientiae origo debetur.
Attamen longe omnino abest, vt scripturae sacrae, ordo,
et in docendo et in demonstrando, denegetur. Quod si
enim methodus idem est, ac modus et ordo luculentus,
cogitata mentis perspicue exponendi, concinne coniun-
gendi, et argumentis solidis sufficiendi; certe scripturae
sacrae talis non solum tribuenda est methodus, verum
etiam affirmandum, methodum quam literae sacrae in
tradendis praeceptis morum adhibent, palmarum praeripe-
re methodo, in doctrina morum naturali visitatae. Deus
sane eximie curauit, vt genus humanum officia, ad salu-
tem necessaria, clare, distincte, perfecte cognosceret. Quo
quis enim maiori cum perspicuitate agnoscit praestantiam
regularum, vtilitatem, et cum natura ac felicitate sua
conformatitatem, eo is etiam lubentius ad regulas istas, si-
bi datas, actiones suas attemperabit. Praferenda autem
est merito methodus reuelationis diuinae, methodo do-
ctrinae morum naturalis. *Primo* enim, omnia innitun-
tur principio firme et luculento. *Secundo*, omnia per-
spicue et nexus concinno enuntiantur.

XIII.

(a) Me-
thodus
melior,

PRINCIPIVM illud, ex quo regulae deduci omnes,
et cuius ope officia generalia conferri possunt cum singu-
laribus, est *Amor Dei Triumus et Christi.* Αγαπης
Κυριος

Kέρων τὸν Θεόν σα. Hoc principium proxime redundat ex perfectionibus diuinis, quarum sedula meditatio atque peruestigatio in scripture sacra sexcenties inculcatur. O. pii. ratione Princi-
 minia item opera, quae Deus praestitit hominum caussa, amore eiusmodi omnino postulant. quoquo animum conuertimus, ad amorem Dei serio admonemur. Ille non tantum omnium erga Deum officiorum est fons, sed docet etiam, quae agenda sint nobis, ne alios laedamus. Qui enim amore fertur in Deum, is cunctis quae praescriptis Deus, obtemperat lubenter, et ex perfecti-
 nibus summi Numinis arcessit caussas, et commouet acti-
 ones. Deus autem non modo amat ipse ineffabili amo-
 re omnes, sed etiam vult, ut dilectione aliorum, quam sibi debemus iure, etiam reliquis eam prodamus dilec-
 tionem. Huius igitur perfectiones imitari quia lex iu-
 bet, quum facilis sit ipse Deus ad ignoscendum adeo his,
 qui leges praefracte suas violarunt, itaque etiam nos de-
 cet, inimicos et maleulos nostros, (non modo iustos,) amare, et laudentibus atque infectantibus nos bene fa-
 cere. Hoc amor modo optima quaevis, quae in caelo et terra admirationi sunt, coniungit, vnum quasi colle-
 gium ex Deo et hominibus necit, nosque praeparat ad beatam illam aeternamque vitam, in qua obtinebit pax vna, amor vnu. Deum qui amat, cunctis agit id viri-
 bus, ut castum Deo sanctumque animum praeferet, isque ipse impellit homines amor, ad felicitatem propriam acquaerendam. (o) Ne quid praeter literarum effatum sa-
 crarum videar dixisse, nonne Saluator ipse hanc regulam,
 eeu reliquorum principiū officiorum, agnouit? Inter-
 rogatus, quōdnam praeceptum est in lege maximum?
 amato, inquit, Dominum Deum tuum. Matth. XXII, 37.
 Non

(o) Conf. ERN. SAL. CYFRI- Patrib. Eccles. P. III, Cap. 5;
 AN. Doctrin. Mor. Christi ex p. 280.

XXIII EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATURALIS

Non alio modo etiam PAVLLVS, praeceptionum omnium finem, charitatem dixit. 1 Tim. I, 5.

XIII.

(5) Methodus melior, ratione Nexus.

EXVLANT e doctrina morum, per reuelationem diuinam emendata, omnia, quae obscura sunt dubiaque; nullae interpretationes falsae, nulla *ἀταξία*, in legibus diuinis inest; omnia studiose sunt a CHRISTO Apostoli que explicata, ac multis exemplis illustrata et confirmata. Quae in alio loco traduntur paucis, ea in alio exponuntur amplius, distinctiusque. Res magni momenti repetitae sunt decies; sunt stilo adeo simplici (p) conscriptae, ut quilibet attentus lector cognitu factuque necessaria posset cognoscere. Lex Dei integra recreat animum, et pura illius disciplina illustrat mentem, ex infante reddit sapientem. Ps. XVIII, 8.9. Praeterea sacrae literae, quae agi debent, ea aucto coniungunt nexus cum his, quae credenda sunt. Hac ope, officia singulis facienda concinne exponunt, ut mens non magis conuicta, quam summa πληροφορία repleta, iis obtemperet.

XV.

Tertius
emenda-
tionis
Principii
modus per
reuelati-
onem di-
uinam,

III.) RESTAT tertius modus, quo principium doctrinæ morum emendatum fuit. Scilicet, Reuelatio diuina præcepta tradit positiva, felicitatem aeternam promoventia. Placuit Deo, addere præceptis de quibus dixi, (§. X.) singularia quaedam, ab omnibus obseruanda his, qui cupiunt gratiae, per IESVM CHRISTVM partae, compotes fieri. Primum est, celebratio diei statuti ex septem illis in hebdomade. Vnum quidem ex pluribus diebus Deo

(p) Huc referuntur PAVLLI plebeius, sed popularis, ad carverba 2 Cor. XI, 6, vbi ait se p̄tum omnium accommodatus. Λόγῳ εἰσε, ἀλλὰ καὶ τῷ γνώτυ. Stilus idioticus non est

Deo dedicandum esse, ex ipso naturae lumine quodammodo cognoscitur. Et ipsi etiam Gentiles certis diebus religiosa vacatione usi fuerunt. (q) At *septimus* autem dies ius ater erat. (r) Neque vero etiam, quod *septimus* ille dies sit destinatus cultui diuino, id aliunde quam ex patefactione diuina, constat. Genef. II, 2. 3. Haec *quies sacra*, in lege morali repetita, a Christo non est abrogata. Voluit Deus, ut praecipue una die statuta, de emanatione sancta ac spirituali, et de gloria Numinis diuini illustranda ac celebranda, cogitemus. Voluit, ut animum, per dies sex curis et negotiis inuolutum, aliquanto liberemus, corpori quietem demus, beneficiorumque diuinorum memores et grati simus. Iussit item, ut die hac ipsa verbum Dei doceatur et cognoscatur. Magna est huius legis perfectio. Φιλανθρωπία autem ac benignitas Dei longe maxime conspicua. Quid magis esse φιλανθρωπον, quam hoc, potest, quod Deus concessit libertati Christianorum, primum in hebdomade diem, loco *viti-
mi*, eligere? sublatoque eo quod in Veteri Testamento etat aut *cerimoniale* aut *forense*, retinere vnicē id quod *moralē* in lege inest? Quid magis esse beneficium et salutare, quam hoc, potest, quod Deus curauit, ut die dominica corpus (quod sine sanitatis iactura, vix diutius, quam per dies sex labore continuato vacare potest,) recipiat vires, ut praeparetur mens ad caelestem gloriae diuinae celebrationem; ut supplicetur Deo in nomine IESU Mediatoris, ut exponatur voluntas eius, et animus omni veritate salutari, omni cultu diuino et sancto imbuatur? Praeter illud praeceptum posituum, *deinceps* etiam, edocto

(q) Conf. IOH. SELDENVS, *de Iur. Nat. et Gent.* iuxta disciplin. Hebr. Lib. III, Cap 9. seq.

(r) Locos veterum scriptorum

adduxit larga manu SYRBIVS, *de Sabbat. Gentil.* pag. 16-36. et TOB. PFANNER. *Syst. Theol. Gentil.* pur. p. 317.

XXVI EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATVRALIS

Et sanctissimae Trinitatis mysterio, iniunxit Christus suis asseclis, ut in Dei nomen Trinunius *sacro* abluerentur *baptismate*. Matth. XXVIII, 19. Ope huius sanctissimae ac diuinae ceremoniae, transserri nos voluit in *nouaev* Christianorum, atque in communionem felicitatis omnis generis iis partae. Exhibit Deus cum hoc externo lauandi signo, benignam ac certam testificationem remissionis peccatorum, foederisque inter se et hominem iusti. *Tertium* denique praeceptum eo continetur, ut credentes, restaurandi foederis percussi cauissa, *sacra* crebrius συνάξει, vtantur. (J) Placuit vero sapientiae diuinae, Sacramenti etiam huius usum iniungere, quo sollemnius profiteamur doctrinam Euangeli, et antestemur, grata nos piaque mente recordari satisfactionis et meriti Christi. Placuit etiam, hoc praeceptum adiungere ideo, ut ex illius obsequio pateat, perpetuo nobis proponi regulam, vt Christum imitemur. Quam voluntatem ut efficere queamus, vires adeo spirituales hoc ipsum caeleste epulum largitur.

XVI.

Praecepta quaedam positiua, revelacioni diuinae propria. TANDEM vero etiam continent sacrae literae doctrinas eiusmodi, quae rationis humanae superant placita, praeiudicatisque hominum opinionibus repugnant. Praecipue CHRISTVS, quum in illa oratione luculenta dedisset indolem regni gratiae, praecepta addidit, cuiusmodi nullus unquam audierat; praecepta, quae omnes adeo ceperunt, ut stuparent ad hanc doctrinam, virtutemque ac potestatem verborum caelestium admirarentur. Matth. VII, 28. sq. Quum ipse viam ostenderet certam ac tutam felici-

(J) *Baptismus et Coena Sacra inter media*, ut fidei et salutis, scic morum etiam emendandorum ac sanctitatis, recensentur. Ideo, utriusque emolu-

mento hic adducto, plura addere iam haut conuenit. Loquor de hisce mediis duobus, quatenus ea *praeceptis* diuinis iniuncta sunt.

felicitatis consequendae, ceteris effatis suis adiungebat, verbi causa, "pauperes spiritu, diuites in Deo esse: quos "molestiae mundi ac miseriae compriment, eos laetos esse "hilaresque posse: mansuetos et mites terram possessuros "esse: beatos esse, qui iustitiam esurirent: beatos, qui iu- "stitiae causa infestarentur." Matth. V, 1-16. Huiusmodi paradoxa sacra plura continentur in libris sacris. Ut, si ignoti, dicuntur, noti esse; morituri quotidie, vivere; egenissimi et pauperes, tamen locupletare multos. (t) Plura horum adduxit PAULLVS, 2 Corinth. VI, 8-10. Quae et si proprie de Apostolis, de Paullo ac Timotheo sunt dicta, tamen, quia pertinent ad Christianismum et ad studium sanctitatis, itaque inter praecpta positiva, reuelationi diuinae propria, non iniuria referuntur.

SECTIO II.

DE EMENDATIONE FINIS DOCTRINAES MORVM NATURALIS PER REVELATIONEM DIVINAM HVIVS IMPERIUS QVE QUALITATE ET QUANTITATE.

A. INSTRUMENTA MUNDI ET DIUITIARUM.

I. INSTRUMENTA MUNDI.

Exposvi huc usque, doctrinam morum naturalem, Finis doctrinae auxilio reuelationis diuinae emendatam, praecpta tradere praefantissima, quibus obtemperare omnes tenentur. Iam amplius inquirendum est in illa emolumenta, quae obseruandis his regulis cuncti adipiscantur? Qui scopus item finisque obtineat doctrinam morum? etiam id evincendum est. Huic negotio expohendo, principia, Sectione antecedenti iacta, haut parum inservient. Quum

D. 2 prae-

(t) HIERONYMVS, Epist. CIII ad Paulin. ait: Credenti totus mundus diuitiarum est.

XXVIII EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATURALIS

praeterea animus sit, in *quantitatem* emendationis huius, quam obtinuit *finis* doctrinae morum naturalis, inquirere; vt primum omnium dicam de *scopo* hoc, instituti ratio requirit. Est sane *finis* seu *scopus*, illud commodum, cuius particeps sit omnis is, qui regulas, a natura praescriptas, obseruat. Quia igitur *virtus* atque *felicitas* iure habentur in numero emolumentorum, iuuabit pariter, exponendo in *fine* (u) illo, rationem quoque vtriusque non negligere.

II.

Iudicia varia philosophorum quorundam gentilium de fine doctrinæ moralis.

PHILOSOPHI, qui de scopo doctrinae moralis agunt, ad indolem animae, tanquam ad obiectum, quod utilitate hac fruitur, intuentur. Horum duae sunt classes. Altera, quae animae humanae tribuit immortalitatem; altera, quae illi denegat eandem. Inde variae *virtutum*, variae *felicitatis* formae et quasi facies prodeunt. Ad primum illum philosophorum ordinem, PLATÔ, (x) cum eius *affectionis*, referendus est. Hi animam esse immortalem arbitrati, eam ob causam his, qui praecepta morum diligenter colunt; et puritatem animae internam, tranquillitatemque, et felicitatem promiserunt sempiternam. A PLATONICIS valde sunt diuersi philosophi reliqui. ARI-

STOTE-

- (u) Ex indole ac natura *finis* partet, duo in primis momenta luc spectare, quibus perfectio *finis* cognoscatur. 1) Quantitas emolumenti, quod proprie constituit finem. 2) Certitudo consequendi illius, per actiones, legi conformes.
(x) Summa disputationis, quam PLATO in *Phaedone* socrati morienti tribuit, est, animae immortalitatem de-

monstrare. Conf. PLATO, in *Phaed.* T. I. p. 80 edit. Serran. Ita ait: Τῷ μὲν θεῖον ναι ἀπαρίτῳ, τῷ δὲ νοτῷ, τῷ διαδικτύῳ ὁμοιότατον εἶναι ψυχήν. Diuino et immortalē, et intelligibili, et indissolubili simillimam esse animam. Huc pertinent, quae tum Platonici, tum Pythagorici, de ὄμοιώσει hominum cum Deo statuerunt.

STOTELES, (y) honores, opes, dignitatesque; EPI-CVRVS (z) deficientiam dolorum, tum animi illorum, tum corporis; STOICI, (a) animi securitatem, magnitudinem, et *anædælay*, existimarunt, amatores virtutum obtinere. Fuerunt denique alii, ut veteres *Spartani*, (b) (item *Sinenses*); (c) hi pacem, hi salutem ac libertatem rei publicae, ope doctrinæ moralis, conseruari posse crediderunt. Quanta sint commoda, quantæ utilitates, quæ philosophi hī promittunt cultoribus virtutum, infra afferam. Tum adiiciam simul, quidnam regulæ profint philosophorum, quarum ope hi ad ysum et commoda, quæ dixi, homines perducant.

III.

FINIS ille, ad quem regulæ ducunt, quas philosophi, cultores religionis Christianæ, præscribunt, is cau- Scopus
philiae morales
re, quod mihi videtur, exponendus est. Haut enim philiae morales
quaeritur de eo, quod cognitum est philosophis de fine ratis.
doctrinae morum; verum id duntaxat disquiritur, quid

D 3

sit

(y) Capita philosophiae moralis, quæ ARISTOTELES in libris *Moralium ad Nicomachum* tradidit, recensuit FRANC. PATRICIVS in *Discuss. Peripatet.* Ceterum controversia fuit omni aetate, num ARISTOTELES animam dixerit mortalem, an immortalem esse. Patrum locos, quibus ARISTOTELI obiecerunt errorem mortalitatis animae, attulit FRANC. BALTVS, *Jugement des SS. Peres sur la Morale de la Philos. Payen.* Cap. XVII, p. 124 seqq. Euol-

nendi sunt scriptores historiae philosophicae.

(z) Conf. DIOGEN. LAERT. Lib. X, sect. 18. Ade librum,

Morale d' Epicure avec des reflexions (Paris 1685) p. 209

(a) EPICTETI *Enchirid. Cap. 1, 2, seq.* Et apud ARRIONVM Lib. I *Dissert. I. Add. Lib. III, Diff. 24.*

(b) Vid. MOSHEM, *Theol. Mor. P. II*, p. 315. Jqq.

(c) DIET. DRESSLER *Con-fucii Compend. de Beatiitud. Morali ex PHIL. COVPLET extract. §. XX.*

XXX EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATURALIS

sit quod omnino consequantur, qui doctrinæ philosophorum morali obtemperant. Hi et si probe sciunt, animam esse immortalem, et ab ea felicitatem illam, interrumpam perpetuamque cupide desiderari; candide tamen profertur, rationem (ut *ex se est*) valere haut quicquam posse, quo homines ad eiusmodi felicitatis fastigium euentantur. Statiunt, hos, qui praecepta sequuntur rationis, exornari virtute, tranquillitate, et bona conscientia frui. Operam dant, ut homines efforment iustos, ut honestos ac virtute praeditos. Idoneos reddere eos student, quo illi tum propriam salutem, tum incolumitatem humanæ societatis augent, ac confirment.

III.

*Defectus
doctrinæ
moralis
quoad
finem,
apud phi-
losophos
vñz tñz.*

QVÆ philosophi extranei de *sine* doctrinæ moralis disputatione, parum ea et puritatis, tum et concinnitatis ac certitudinis habent. Eo autem grauius peccatur hic, quo item certius est, errorem qui in hoc argumento erratur, ad omnem omnino doctrinæ moralis ambitum sese diffundere. Quapropter etiam philosophi isti, sine accurato sententiarum suarum examine, iam non sunt dimittendi. Ut variae sunt philosophorum classes, ita varia illa quoque, quae isti opinati fuerunt, (non seruato quidem ordine temporis, quo vixerunt,) videbimus. Omnino ferendus non est grauis ille, ARISTOTELIS magni, de *sine* doctrinæ moralis, summoque hominum bono, error. Ut enim nihil dicam de eo, quod minime conuenit τῷ σοφῷ, gerere virtutis speciem, ut consequi ille possit opes, aut dignitates, aut honores; tantum abest, id ut praeceptorem magistrumque deceat virtutis: (d) duo saltem monebo, quae (ut puto,) aperte

(d) De Ethica ARISTOTELIS, IAC. ERVCKER, *Hist. Crit.* optime (ut puto,) iudicat Cel. *Phil. T. I, p. 855. Aristoteles*

aperte detegunt vitia opiniorum huius. Primum est id, quod obseruatione regularum huiusmodi, utilitas alia nulla, quam immutatio imaginationis, immutatio sensationum, capit. Mens et animus, omnino haut emendabitur. Bona enim externa, quae promittuntur, vnicore sensationes afficiunt ac mulcent, eoque ad summum perducunt, ut nonnulli supprimant externe animi commotiones prauas, ne erumpant, et ut externe honesti ac boni videantur. Deinceps quoque ad scopum, quem se sibi isti praefixerunt, non vera ipsa virtus, at species saltem quaedam, requiritur. Hi isti si prodeunt in conspectum aliorum, formam induunt virtutum, animo omnino toto virtutum omnium experte. Quod porro attinet ad illa placita, quin philosophi EPICURAEI existimant, qui comte sint virtute ornati, eos item ab animi et a corporis doloribus liberatos esse; vanum id est etiam ipsum quoque. Docet experientia, obsequium officiis praestitum, saepius non voluptatem, nec suavitatem, sed iram aliorum, saepissimis indignationes excludere. (e) Praeterea, virtutes saltem sunt paucae, quae aliquanto hunc finem promovent; virtutes, quae ad emendandum faciunt animum, illud non possunt. Ecquis itaque iis emendari potest? Quid STOICI autem? Atqui etiam hi promittunt bona praestantia, splendida. Sed qualia, quae sumus? Scilicet παράδοξα, vana, frigida; illa, quae a paucis intelligi; illa, quibus adhuc pauciores commoueri possunt. Hanc propter causam, defectum ipse expers finis etiam iste non erit. Quid? quod capita et autores huius disciplinae ac sectae, propter hanc

mores hominum non ex natura
morali deduxit, sed ex civili
felicitate, qualem ipse in au-
la Philippi sectabatur. Add.
STOLLE, Hist. Phil. Moral.

Gentil. §. 68, p. 93.

(e) Vid. GASSENDI Syntagm.
Philos. Epicur. P. III, p. 45.

sq.

hanc ipsam ieiunitatem, ac famem ratiuncularum macilentam, non multos admodum exornatores nacti, a reliquis paene omnibus philosophis, homunculis quippe ~~δοκησιοφοις~~, nisi a suis, irrisi sunt? (f) Quae quum ita sece habeant, negari hautquam potest, apud philosophos τὰς ἔξω gemino modo deficere doctrinam morum naturalem quoad finem, ut quae fundamento nititur arenoso, prope nullo. Alius defectus inest eo, quoniam bona naturae non sunt eiusmodi, qualia, sicuti postulant vires animae facultatesque, esse debebant. Alius vero eo, quia difficilis non parum fuerit labor, quo quis ad possessionem atque usum horum honorum perueniat.

V.

*Emenda-
tio finis
doctrinae
morum
per reue-
lationem
diuinam.*

REVELATIO diuina studiosum virtutis ad sublimiora perducit. Quos illa fert pietatis, et quos sanctimoniae fructus, hic tum perfectionibus Dei, tum indoli mortali conueniunt magis, quam qui doctrina ex morum naturali enascuntur. Bona illa sunt duplicitis generis. Alia ita sece habent, vt, qui frui iisdem cupiat, aliis antea bonis praestet. Alia, mediorum sunt instar, quibus haec priora obtinentur. Ita, tanquam finis aliquis ultimus;

(f) STOICI, logicae in primis, aut potius sophistices, promiti condit, solum logicum dixerunt sapientem. Vid. LEON. COZANDI Lib. III. de Magister. Vet. Philos. p. 201. In doctrina autem morum, promittunt magna, quae ne optari quidem, nedum credi possunt. Recte PLUTARCHVS ait, omnia Stoicorum moralia abicienda esse eis τὴν τὴν ἐπίλυσιν

ταῖς θυχαῖς ἀργοῖς in frigidi-
rum et traniuum classē. Quae nonnulli splendide differuerunt, ea omnia ex eorum principiis physiologicis expli-
canda sunt, quae impios pulchrorum verborum sensus producent. Conf. EUDDEI In-
trad. in Philos. Mor. Stoic. Sect. VI, p. 92. et Anal. Hist.
Phil. p. 164.

mus; haec, tanquam ille intermedius, considerantur. Iam ordo, et, quo bona istiusmodi cohaerent, postulat vinculum, ut his de ultimis dicam primum. Atque hoc quidem intuitu *finis* doctrinae morum reuelatae est *integritas*, tum animi sanctitas interna, tum externa honestas vitae. 1 Thess. III, 3. Ut de his singulis exponam, ratio instituti praesentis exigit.

SCRIPTURA sacra, dum animi sanctitatem inter Emenda-
nam postulat, praecipue trium Gratiarum choro includit ^{tio 1) san-}
eam: Πίστη, Αγέρνη, Γνώση. Id est, *Fide, Virtutibus operis* ^{titatis}
minis generis, *Prudentia et Sapientia* vitae usū probata. ^{animi.}
2 Petr. I, 5. Haec bona, has virtutes animi, celebrant
sacrae literae, tanquam voluntatem Dei in actionibus hominum;
celebrant eas, tanquam puritatis integratissime
vitae cauſas. 1) Primo requirunt literae sacrae τὴν πίστην,
^{fidem.} Intelligunt plenam illam et efficacem mentis et
animi conuictionem, acquiescentiam illam in gratia amo-
reque Dei, per Christum mediatorem imperato. Virtute et opera fidei, (ut pote felicatum fonte in Christo,) instillant purum erga Deum *amorem* in animis, ac studium Deo placendi excitant. 1 Tim. I, 5. Hic ipse amor,
fide excitatus, stirps atque radix est sanctitatis internae.
Ille efficit, ut capiat nos taedium peccatorum, quae fecimus. (Metum tamen charitas quatit foras, quoniam metus cruciatum habet. 1 Ioh. III, 18.) Deinceps, ope amoris huius, tendimus desiderio magno supprimendi
prauas, quibus mens conflictatur, cupiditates, easdemque
voluntati diuinae subiicimus. Haec fides, hic amor,
imminuit aestimationem eorum, quae antea incitarunt
ad peccandum, et, ut mundum ne diligamus, efficit. Au-
xilio fidei vincimus mundum: et haec victoria est, quae
vincit mundum, Fides. 2) Secundo postulant sacrae li-
terae ad efformandam in animo sanctitatem, τὴν αγέρνην,
virtutem.

XXXIII EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATURALI

virtutem omnis generis. (g) Ex amore enascitur habilitas, qua animi commotiones, actionesque item externas, ad legem diuinam componimus. Hanc legem, nobis antea molestam difficilemque, hodie, tanquam sapientem, aequam, iustam colimus, hac lege nunc delectamur. Posteaquam intelligentia per fidem sic emendata fuit, ut miracula legis diuinae (Pl. CXVIII, 18,) videamus; tum nobis languet animus perenni cupiditate sententiarum Dei; tum tuto studemus animo, ne quis nos a praeceptis diuinis auocet. 3) Denique tertio requirunt literae sacrae ad internam mentis immutationem, *τὸν γνῶσιν*: id est, prudentiam, sapientiamque. (h) Media aptissima ad obtinendum finem accommodata, eligenda, vt ea agamus semper, quae sunt optima. Facile fit, vt aliqua re, quae speciem praese boni fert, sed indolem boni mentitur, etiam si, qui *πίστη*, et *ἀρετὴ* insignes sunt, a fide, pietate, ac sanctitate auertantur. Ergo igitur *ἡ γνῶσις* virtutem regat. Iubet Seruator suos astutos esse, vt serpentes, sinceros vt columbas. Matth. X, 16. Quum prudentiam sanctam neglexisset **IOSAPHATVS**, Iudeae rex, reprehendebatur a IEHV, vate Dei. *Tē ne,* (ariebat Iehu) *impio ACHABO ferre auxilium,* et *osores Dei amare?* 2 Chron. XVIII, 2. Erant in **IOSAPHATO** laudabilia: *stude-*

(g) Sunt, qui per *ἀρετὴν* intelligunt *constantiam*, aut *animum virilem*. Inter hos est b. ZELTNER, in Not. ad Vers. Bibl. p. 212. Causa autem est nulla, quare non veritatis vox de virtute in universum. Omnes *virtutes superaddendae* sunt *fidei*. *Η νέστη* fons est, unde deriuatur *ἡ ἀρετὴ*, tum *generatim*, *vir-*

tus omnis; tum deinceps reliquae *virtutes singulares*.

(h) *Ἡ γνῶσις* non est hoc loco scientia theoretica. Sed, quia locus **PETRI** de virtutibus exponit; *sapientia*, *prudentia*, vsu vitae sanctae comprobata. Hoc sensu occurrit item vox 2 Cor. VI, 6. 1 Petri III, 7.

studebat paci, studebat amicitiae: virtutes hae sunt longe eximiae. Sed deerat *prudentia*, *prudentia*, quae istud studium sanctum moderaretur. Ex his, quae iam dicta sunt, intelligitur, eum demum recte animo emendari ac formari posse, qui, missis peccatis, in merito Christi *confidit*; et omnes animi vires, (etiam cum *prudentia*,) ad *amorem* et gloriam diuinam intendit.

VI.

VERBA et res gestae, actiones cunctae nostrae, solent *Emenda-*
indicare, quae animo insunt. Quapropter etiam animo ^{tio 2)} *in-*
sanc&tu&s, *dubium* non est, quin virtutⁱ agat sanctam et in-
tegram. *Integritas* *vita* est illud *alterum*, quod libri di-
uini iubent a morum cultoribus sanctorum fieri. Vita
pura et *integra* (*quantum* ea cadit in hoc genus homi-
nūm,) est ea, si a norma legum diuinarum, non, agen-
do, non, omissendo, aberratur; contra ea si id strenue-
fit, vt actionibus nostris elucescat, malle nos Saluatorem
nostrum Christum, perfectionesque diuinias imitari. Si
quis tali est mente, vt illum Soteram suum imitetur, is san-
cte agit non vna saltem virtute, sed vestigia subsequitur
Christi in cunctis his, quorum ille prae*scriptum* nobis re-
liquit. ⁱ Petr. II, 21. Obediens Deo: suum cuique tri-
buens. Doctrina Dei quae ad amorem erudit nos, iu-
bet item, vt impietati, vt cupiditatibus mundanis vale-
dictis, viuamus εὐτελῶς, σωφρῶντος, δικαῖος, pie erga De-
um, *sobrie* erga nos ipsos, iuste erga alios. Tit. II, 12.
Hi sunt illi μαρτυ&s, τ&s πνεύματος, fructus Spiritus, quos
PAVLLVS delineat Gal. V, 22. et denuo inculcat Phil.
III, 8. Videtur quidem, hac in re, doctrina morum na-
turalis aliquanto consentire cum reuelatione diuina; vi-
detur illa virtutes externe splendidas et pulchras com-
mendare. Videtur, inquam. Sed haec virtutes, *hu-
*manae** sunt, non *diuinae*; nec consentiunt cum lege et reue-
latione

E 2

XXXVI EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATVRALIS

latione Dei; vtpote *fide* destitutae. Tantum abest, vt philosophi extranei easdem illas virtutes commendarent, quibus Christus suis exemplum dedit! Gentiles ut plurimum commendabant quatuor genera virtutum, *prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iustitiam.* Per has; aut voluptatibus, aut studio gloriae immoderato, denique avaritiae, resisti posse existimabant. Mance admidum et imperfecte. Ad haec genera virtutum longe plures referri possunt. Deinceps, et si quoque austерum ac rigidum est, quod nonnulli commendarunt, vitae genus; *virtutes* tamen eorum (si modo merentur *virtutes* dici quae philosophicae sunt,) differunt maxime ab his, quas Christiani virtutes, hoc nomine dignas, ex reuelatione diuina exercent. *Primo*, nullius *fidei* in *Christum* mentio siebat. Quare reliqua facta, peccatorum potius numero habenda sunt. *Deinde*, amor eorum erga alios, verbis iactabat se, et intumescebat. Ambitio philosophica, fastus philosophicus, virtutis colore infucabatur. (i) At charitatem quae tumet, sacrae literae improbant. 1 Cor. XIII, 4. seq. Denique etiam, cuiusmodi Christus commendavit, nolebant, virtutis causa, molestias subire. Inconstantes autem eos fuisse omnes in agendo, qui mirum erat? quum regulae virtutis nulla auctoritate, nullis motiuis efficacibus essent. Propositum bene agendi euauit, simul ac ortum erat.

VII.

HAC animi sanctitate, hac integritate vitae, homo praestet, si veram obtainere felicitatem cupit. Hoc aliud quoddam est commodum, quod doctrinæ morum per reuelationem diuinam accrescit. Beatitudo, proprie finis est

(i) Id non solum, in imagine immunes fuerunt ab affectu DIOGENIS, Cynici, ab aliis um intemperantia, quos species Iaculenter demonstratum est; cie virtutis obtexerunt. sed alii etiam philosophi non

est doctrinae moralis. Philosophorum est placitum communis, et mune: virtute acquiri felicitatem. Neque id quidem felicitatis falso. At ignorant autem philosophi, cuius indolis sit tis. felicitas, quam virtus parit. Delineant eam imperfecte confuseque, eoque ipso ignorantiam felicitatis supinam produnt. Philosophia moralis, qui tranquillo est animo, eum felicem vocat. Tranquillitatem hanc, hanc αὐταρκείαν, sibi exoptant quidem philosophi, a natura autem non obtinent. Ratio et intelligentia, notionem felicitatis nec dare potest omnino, nec capere.

AT sacrae literae non solum indicant ampliorem gradum felicitatis, visionem aeternam Dei; verum etiam naturam tranquillitatis atque felicitatis distincte explicant. I.) Tranquillitatem animi ita describunt, ut affirmant, homines credentes, per meritum Christi obtinuisse παρθένοιαν τέρας τὸν Θεόν, confidentiam ad Deum, qui et maior est animo nostro, et cuncta nouit. 1 Ioh. III, 20. 21. Addunt: conscientiam, mortibus illis priscis ob peccata ante acta, iam carere, et homines esse certos posse, Deum non nisi optima et salutaria iis largiturum. Etsi etiam subinde mens, pristinorum malorum memor, dolore et anxietate perturbatur; tamen, quia non nescit, Deum illum misericordem summa prouidentia prospicere de felicitate hominum, et vnicē fidem in Christum intueri, inde gaudium et tranquillitas oritur. II.) Per fidem, vtpote fontem omnis sanctitatis, (Sect. II. §. V.) vita ac felicitas aeterna obtinetur. Hebr. XII, 23. 2. Tim. IIII, 7. 8. Bonum est vita aeterna, quod ratio ignorat; aut, si cognovit, non credit tamen. Sola fides credit, demonstratque spem, quam non cernit. Hebr. XI, 1. Hac in vita beata, infinites augebitur, et (opera Dei) consummabitur tum rerum cognitio diuinarum, tum voluntatis obsequium atque promptitudo; corpus quoque ornabitur perfectionibus, quae requiruntur ad summam felici-

XXXVIII EMENDATIO DOCTRINAE MÓRVM NATURALIS

felicitatis. Reuelatio diuina verbis delineat plane singu-
laribus felicitatem hanc. Deus (ait,) suis cuique factis di-
gna soluet. Qui in reſte factis perſeuerauit, eis dabit
dōξav, καὶ τιμὴν, καὶ αὐθαρεῖαν gloriā, bonōrem et im-
mortalitatem. Rom. II, 7. Reddet *δόξav* perfectiones
omnis generis, animae, corporis. Reddet *τιμὴν* decla-
rabit, eos egisse, quae sibi placent. Reddet *αὐθαρεῖαν*
incrementa perfectionum, quae nulla mutatione conta-
minantur, sed perpetua sunt.

VIII.

Reuelatio diuina, vſu mediorum certorum, omni-
no homines perducit ad felicitatem sempiternam. Est
hic character secundus praeftantiae reuelationis diuinæ,
qua defectus doctrinæ morum naturalis supplentur. In-
ſipientia ſane, et vitae impietas inter gentiles (Rom.
I, 21, seq.) declarat ſatis, horum philofophos finem do-
ctrinæ moralis non attigiffe. Et quare hoc autem?
Nempe, quia media ad eum conſequendum ignorarunt.
Iam philofophi inter Christianos, quid illi vero? Atqui
hi fatentur et ipſi in libris de philofophia morum, debi-
litatem naturae; et neceſſitatē reuelationis diuinæ
agnoscunt. Quia *vltimus finis* doctrinæ morum reue-
latae, non, niſi ope *intermedii illius finis*, (§. V. VI.)
obtinetur, vnum reſtar quod eget probatione, nempe
hoc, num etiam reuelatio diuina perducat certo, vitae ad
ſanctimoniam? Euincendum eſt inquam, reuelationem
diuinam omnino ſuppeditare adminicula, quibus illi, qui
magna dudum habilitate fuerunt in peccando, et qui le-
ges diuinas omnes contemſerunt, emendari tamen et con-
uerſi poſſint. Omnino ſane dant media eiusmodi, ſa-
cra oracula. Illa edicunt, Deum ipsum efficere emenda-
tionem hanc. Edicunt, ſi credentes vterentur regulis
doctrinæ morum, Deum cooperari, non *potentia qui-*
dem

dem absoluta, sed beneficio *gratiae*. Efficientia quae-dam salutaris, quae solius *potentiae* diuinæ esset opus, ea certe nec perfectionibus conueniret diuinis, nec ipsi hominum naturae ac libertati. Requirebatur prouidentia Dei, vt hæ doctrinae morum sacrae neutri repugnarent. Quare indoles eniandionis eo ineft: I.) Deus, virtute ruelationis sua et literarum sacrarum, homines, huc usque vel contumaces prauosque, vel *ψυχικοὶ* sapientes, (I. Cor. II, 14.) adducit, vocat, trahit, ad mutationem mentis et animi salutarem. Offert eis veritates caelestes in libris diuinis, virtute et efficacia diuina eminentibus, quae *Lege* et *Euangelio* continentur. Hæ duae partes verbi diuini, vel singulae seorsim, vel ambae coniunctim ac simul, faciunt, quae sibi imposita sunt. (k) *Lex* tradit officia et obligat, Rom. III, 20. VII, 7. de his dictum fuit Sectione prima. *Lex* instruit, vt explorare se possint cuncti, num praeceptis obtemperauerunt; denique immorigeris et perueris poenas graues indicit. Plura dabo Sectione sequenti. *Euangelium*, media salutis præstat, coniunct de gratia diuina, de amore Dei, per meritum Christi recuperato, et credentibus salutari. Rom. I, 16. II.) Deus, virtute ruelationis et literarum sacrarum, vires hominum spirituales confirmat, prospicitque ne gratia excidant, sed vt magnis in dies auctibus crescant, et vt virtus, quae in eis est, diuina, conseruetur et augeatur. Id efficit ruelatio Dei scripta, quoad vtramque sui partem. Et *Lex* et *Euangelium* simul, iuuat poenitentiam quotidianam; vtrumque auget propositum bene agendi, et voluntatem Dei faciendi. Hanc exercitationem

(k) Qui his mediis, ita vt par est, vtuntur, satis conuincetur, ea fini suo quam maxime prodeſſe. Vita aliorum Christianorum peruersa ac de-

pravata nihil derogat gloriae, nihil efficacie mediiorum. Aut enim hi non cognoscunt distincte media, aut non ita vt decet, exhibent.

XXXXX EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATURALIS

tationem continuatam nominant sacrae literae *renouatio
nem*, cuius conseruandae causa Sacra Coena a Domino
instituta est.

*Doctrina
morum,
praedi-
ctum fi-
nem vr-
gens, pra-
cunctis
praefat.*

VIII.

H V I V S M O D I doctrina morum, quae ad tanta nos
bona euehit, optima summo iure, et praestantissima
omnium nominatur. Doctrina quaedam, quae non nisi
salutaria tradit praecepta, quae peccata exstirpat, ad san-
ctimoniam instituit, effert ad caelestia; doctrina, quae
vincit affectus, ampliat et extendit spiritualem cognitio-
nem, quae emendat ac liberat voluntatem, denique ima-
ginem diuinam instaurat, ea nonne obsequio et cultu suo
digna est debito? Profecto, quam optimam dudum, quam
augusta et saluberrima immutauit doctrina morum reue-
lata! quam immutaret multo magis, si omnes obseque-
rentur praeceptis sanctis! Accedit ad illam praestantiam,
quod *finis doctrinae morum retulatae perfectionibus con-
uenit diuinis*. Spiritus ille purus et sanctus, Deus, ut puro
eum corde omnes colant, iubet. Vult hominum auctor
ille, ut optimae quae isti habent, haec tradant sibi. Vult τὸ
ἔλεκτον τὸ πνεῦμα, νοὶ τὴν ψυχὴν, *integrum spiritum ani-
mae*. *i Thess. V, 23.* Nec spiritum seruitutis aut metum cu-
pit, sed spiritu adoptionis, pietate et amore, ut filius pa-
trem amat, ita vult coli. Huius φιλανθρωπία iam ab aeter-
no fuit tanta, ut voluerit omnes ad salutem aeternam per-
tingere. Amissam vero salutem Christus Mediator recuperavit satisfactione et merito suo. Igitur doctrina morum,
emendata in verbo Dei, enī quam praeclare con-
uenit cum perfectionibus diuinis! Praeterea, hic quoque
scopus non repugnat *naturae hominum*. Iubet quidem
diuinior doctrina morum, opprimi prauas naturae habi-
litates; aduersatur commotionibus, quae ipsius adeo
quasi propria naturae facta sunt. Attamen nihil tollit eo-
rum, quae pertinent ad *essentiam hominis*, quin potius

exor-

exornat facultates naturae. Dedit mentem Deus, quae cognoscit vera; animum, qui eligere potest bona, mala auersari. Facultates animi augeri possunt, et indui maiore perfectione: inditi eis sunt stimuli ad felicitatem: indita est proclivitas ad cupiendum ea, quae intellectui videntur media esse salutis: omnes faciunt et ipsae suas partes in emendatione, quam doctrina moralis commendat. Deus vero animi vires corroborat atque emendat. Illud efficit ita, dum animum conuincit, quod felicitas obtineri non potest, nisi integritas vitae et sanctimonia, quam ipse cupit, antecedat.

SECTIO III.

DE EMENDATIONE MOTIVORVM DOCTRINAE
MORVM NATURALIS PER REVELATIONEM DIVINAM
HVIVSQVE QUALITATE ET QVANTITATE.

I.

Ad faciendum rite officia, de quibus dixi, reuelatio di-
uina suffulcit *principia* solida idoneaque. Haec quum Motiuæ
praestante feruntur fini, homines igitur omnes, certum est, doctrinæ,
ad obsequium obligari. Iam quia notioni ac indoli ob- moralis,
ligationis inferuit non parum contemplatio motiuorum; quid?
etiam ad horum emendationem conuertam me. In hac
emendatione describenda, eadem utar via ac methodo,
qua ante. Incipiam a finitione, vt perfectio motiuorum
defectusque melius intelligantur. *Motiuum* vocant distin-
ctam expositionem aut repræsentationem, vel bonorum,
vel malorum, quae circumstant maxime aliquam actionem.
Enucleatus dicam. In disciplina morali, caussa
quae mouet, (seu *motiuum*,) est id, si clara distinetaque

F

cogni-

XXXXII EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATURALIS

cognitio virtutis, aut vitii, aut eorum quae cum his cohaerent, permouent animos, ad bonum appetendum, malum vero auersandum. Patet autem ex se, motuum aliquod eo esse perfectius, quo maius vel bonum est vel malum quod exhibetur, quo item distinctius alterutrum mente proponitur, et denique quo citius aliquis permouetur ad appetendum bonum, malum e contrario testandum.

Motiu
philo
borum
apud Gen
tiles.

EX hac definitione iudicari omnino potest de *motiuis*, cuiusmodi gentilium philosophi dederunt his, qui ductu regularum suarum, virtutem ac felicitatem assequi et promouere studuerunt. Cognosci autem haec possunt ex scopo, doctrinae morum praefixo, quem supra (Sect. II. §. II.) exposui. Diuersitas *scopi* parit varieratem *motiuorum*. Nolo de singulis dicere iterum, in primis quia Vir celeberrimus (*l*) ea iam exhaustus. Ille recentravit *motiuas Socratis*, qui fertur omnium sapientissimus fuisse mortalium. Quaeso autem, quam saepe adeo nulla sunt, quam sterilia *motiuas* haec, ut pugnent cum eius olim sapienter dictis, (*m*) et ipsa adeo ratione sanata! PLATONIS *motiuas* ad emendandam vitam, merae sunt conjecturae, commenta mera. Dubitat, cespitat, haeret PLATO. Platonici prope omnes, qui Academici vocantur, Sceptici facti, disputarunt de rebus moralibus in utramque partem; (*n*) *motiuas* autem adeo straminea, infirma, inepta attulerunt, ut satis pateat, eos indolem nec

(*l*) Conf. MOSHEMII Amor. ad Cudinorib. Synt. Intell. pag. 500-516. item in Theol. Mor. P. I. p. 108-114.

(*m*) PLATO in Alcibiad. II, p. 50: seq.

(*n*) Vid. CICERO, in libris philosophicis. Huic vero imprimis placet illa Peripateticorum et Academiae consuetudo. Tuscul. Disp. Lib. II, c. 3.

nec Dei, nec animae humanae, cognouisse. De ARISTOTELE, EPICVRO, et horum asseclis, nihil repetam. Eminent, credo, sententiae STOICORVM. Hi quidem existimarentur, virtutem propter intrinsecam pulchritudinem amari, non ob metum aliquem vel spem; vitium autem ob turpitudinem insitam euitandum esse. (o)

III.

ENIM vero, si motiva philosophorum, in primis STOICORVM, cum characteribus supra (§. I.) adductis comparantur, defectus facile cognosci poterunt. Etsi enim interna illa, et quasi innata, praestantia virtutis allicere potest eos, qui virtutem iam colunt, ut tramite semel coepito pergent; attamen, ut etiam vitiosi et mali virtutem appetituri sint propterea, ut digni censeantur nomine sapientium, valde dubito. Homines enim, bona externa quibus fruuntur, putant, magis iuuare, quam illam vtilitatem, quae virtutem sequitur. Immo vero, praeiudicatis, in quas per virtua inciderunt, opinionibus impenititi, vitam huc usque actam iudicant sapientissimam fuisse. Virtutem igitur cognoscat, si quis studet contemnere commoda putatitia, quae vitiis dicuntur obtineri. Intelligat plane, virtute obtineri felicitatem, vitio et improbitate omnes in taedia doloresque praecepitari. Iam vero natura hominum, ut id agat, viribus omnino caret. De imbecillitate intellectus humani nihil dicam. Nullis etiam viribus cohibendorum affectuum natura praefat. (Sect. I. §. VI.) Affectibus vero non suppressis, quomodo effici potest constans virtutum amor? quomodo animus auerti a voluptatibus, quae ex affectuum dominio oriuntur? Curabunt potius qui peccant, ne rebus excidant illis, quibus se putant, ceu commodis vitae huc usque ge-

*Defectus
motiuorum apud
Gentiles.*

F 2

ffae,

(o) Conf. MARC. AVREL. ANTONI. Lib. I, §. 10. et THOM.

GATAKER ad h. l. edit. Lon-
din. p. 461-463.

XXXXIII EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATYRALIS

stae, frui. Non imminuitur propositum malum, nisi majoris spes boni, aut timor imminentis mali, motus item fortes et efficaces, in animo illorum excitantur. Neutrum vero gentiles assequuntur. Hi enim ignorant, ac dubitant, leges naturae a voluntate Dei, auctoris huius vniuersi, proficiisci, et animam autem hominum immortalem esse. (p) Certe motiu huius sensum non capiunt. Impedit mentis coecitas, quo minus pulchritudinem virtutis, et vinculum ad eandem coleardam, intelligent. Accedunt alia impedimenta, illis parum minora. Si enim propensiones animi, non ex errore aliquo intellectus, sed (quod non raro fit,) ex interna quadam fortique sensatione ac persuasione, oriuntur; praecepta etiam alia bona et utilia prosunt nihil. Praeceptum est, ceterum non contemnendum, hoc, ut, promouendam ad animi tranquillitatem, examinentur cuncta et denudentur, quo rei vel bonitas pateat vel detrimentum, et ne laudes aliorum et commendationes obsint nobis. Atqui etiam, ne hoc quidem vrile praeceptum, valebit quicquam. Parum enim curabunt gentiles, quid indoles rei postulet, sed de eo tantum solliciti erunt, num delectationem sibi afferat. Et sic in reliquis.

Defectus
motiuo-
rum apud
philoso-
phos, in-
ter Chri-
stianos.

FRAETERA si quis considerauerit *motiu*, quae solent philosophi, sacris Christianorum addichi, ex indole atque notionibus rerum ipsis deducere, is graues pariter, etiam in his, *defectus* deprehendet. Meretur quidem *tranquillitas* animi, meretur *felicitas*, quam hi promittunt cultoribus virtutum; meretur itidem illud *incrementum* *perfectionum*, quod virtutem exornat, ut haec omnia desiderentur, et expetantur. Ea etiam permouere multos,

(p) Conf. PHILIPP. SKEL-
TON. in *Desismo defecto* P. I. p. 180. seq. Addenda sunt, quae supra diximus §. II, p. 28.

multos, honeste ut vivant, possunt. *Enim vero, felicitas atque pax, comites virtutum nec necessarii nec perpetui sunt, quin potius yisu veniat non raro, ut nemo magis, quam pacificus, infestetur.* Deinde etiam, et si fateamur, comitem virtutum esse pacem, *externa tamen haec erit et breuis pax, in qua mens hominum, perpetuam quaerens felicitatem, non acquiescit.* (q) Quodsi denique vel poenae adeo ipsae *comitantur culpam ac vitia, inde tamen non statim sequitur, quod mala etiam ipsa, ipsae poenae, sentiuntur.* Sed nisi autem hae *sentiuntur, deerunt quoque causae idoneae agendi.* Quare, sensatione impedita, et, (yt saepe fit,) oppressa, homines a peccatis non desistent. Aliunde philosophi defumere *motua non possunt.* Quum enim animae immortalitatem, non, nisi argumentis verisimilibus, incurvant; motua certe, quae ab aeterna vel damnatione vel beatitudine desumpta sunt, vim nullam habent. Quae si vel longa etiam serie syllogismorum, tanquam magica quadam incantatione, demonstrari possent, maxima tamen hominum pars nec caperet ea, nec animis inde fleti posset.

V.

REVELATIO vero diuina; haec enim naturam, perfections, ac sanctitatem Dei manifestat, et animum demonstrat nostrum immortalem esse; ea, igitur, motua praestat ad vitam sanctam, quae supereminunt, ac cetera relinquunt post se. (r) Docet, virtutem generatum,

Motua
revelatio-
nis diu-
nue.

F. 3 suam

(q) *De desiderio animae, felicitatem aeternam obtinendi, exposuit grauiter Summe Venerandus Abbas IERUSALEM, oratione eximia, Schuldigkeit der Christen, sich in diesen Leben*

fürnehmlich nach der Einzigkeit zu bestreben. Inferta est P. I. p. 392.

(r) *Reuelatio diuina non tollit motua, quae ratio suppeditat, et quae in superioribus attulimus.*

XXXXVI EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATURALIS

suam ob dignitatem amplectendam, vitia vero ob turpidinem ac damnum abiicienda esse. Phil. III, 8. seq.: conditionem virtutis et indolem vitiorum tradit: monstrat, Deum et propter se, et ob charitatem in nos, colendum amandumque esse. Ioh. III, 9.: ostendit, praecipue amorem Dei in Christo Iesu mouere nos et posse, et debere, ut ea faciamus quae Deo placent: iubet, amorem aeternum, indebitum, summum, contemplari Dei. Ioh. III, 16. Gal. II, 20. In his omnibus mandat respicere ad cohaerentiam veritatum diuinarum, et ad *αιναλογιαν* fidei universam. Quum enim virtus Christiana, ex salutari fiducia in Christo, nec aliunde, oriatur sequitur etiam, omnia virtutum motiva arcto cum fide vinculo cohaerere. Eaedem literae sacrae, effectus virtutis bonos, malos vi- torum, saepe repetunt.

DEVS, auctor omnium conditorque, optime cognouit, quo homines modo sint permouendi. Spectata miseria omnium, defectibusque motiورorum naturalium cognitis, dedit in literis sacris motiva sufficientia, singulique idonea. Quo enim citius homines legi diuinae obedirent, aut spem aut timorem in illis excitauit. Rom. II, 5-10. Vedit, homines, affectuum gubernatione pressos abreptosque, ad officia committeri sua melius haut posse. Promisit his, qui bona, quae Deus vult, faciunt, felicitatem sempiternam, nec unquam finiendam; (nempe ut sanctam excitaret in iis spem, et sustentaret voluntatem eorum pie vivendi.) Contumacibus autem in veritatem, (ut eneruaret iniustitiam improbatemque,) supplicium est comminatus, saevas aeternasque poenas. Certitudo mo-

ta est. Ita quidem existimauit
notus ille COMES DE SCHAF-
TESBURY, in Characteribus
suis. Sed reuelatio diuina,
motiva rationis, siquidem ve-

ra sunt, illustrat, et confir-
mat. Vid. IOH. LELAND,
in *Sciagraph. Script. Deistic.*
P. I, Epist. 3, p. 97.

tini vtriusque nitiuita veritate dictina. Haec motua, a vatisbus Iudaicæ ecclesiæ antiquæ, crebro repetita fuerunt. Tempore Noui Foederis, ipse CHRISTVS, et Apostoli, ea tradiderunt. Matth. V, 3-12. XIII, 41. 42. XXV, 46. Gal. V, 19. seq. Ioh. III, 9. II. Seruator autem de immortalitate animi, ac de iudicio quod imminebit extremo, instituit optime, (Ioh. V, 28.) et inculcavit caussas mouentes. adeo, ut praetermissis ignorantiae temporibus, inexcusabiles sint, qui officia a Deo præscripta negligunt. Act. XVII, 30. 31. Motuis, in Veteri Testamento reuelatis, Seruator nihil addidit. Expiauit vero plenarie peccata hominum. Misit confirmatorum Spiritum veritatis Sanctum, qui *motuum vitae aeternae* applicat, et damnationem euadere iubet. Ioh. XVI, 7. seq.

VI. vt luculentius pateat, tum præstantia rationum Motuum mouentium, tum etiam quantitas emendationis, quae rum per istas redundat in doctrinam moralem, iam pluribus ostendam, istas et absolute, et relative, perfectas esse. Quod ad prius attinet, (scilicet motua absolute et per se perfecta esse;) id eo redit: *Bona, ac mala aeterna,* (quae in literis sacris inter primaria motua referuntur,) homines ad sanctitatem pellicere, et deterrere ab impietate, possunt. Primo, metus poenarum, impiis irrogandarum, et inhibere potest scelera, et hominem, ut ea detestetur, permouere. Qum enim nihil sit, quod magis timeat homo, quam deficientiam perfectionum; sane, si attendit ad se, ac perspicit infelicitatem illam, in quam proterue se praecipitat, tum retueretur ad se. Si iram cognoscit iudicis omnipotentis; si indolem malorum, grauitatem, aeternitatem; tangetur et commonebitur, vitia ceu fontem malorum detestabitur, dispiciet media, quibus gratiam adipiscatur. Nihil profecto est, quod vitia et peccata faciat

XXXXVIII EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATVRALIS

magis digna odio, quam odii ipsius poenaeque, quam irrogabit Deus, cognitio. Qui perpendit saepe, Deum et detestari et punire vitia, is de regulis vitae probae sollicitus erit. Nihil video vtilius praescribi, salubrius nihil posse homini, obnoxio periculis peccandi, quam vt iudicis illius sapientis, iusti, omnipotentis, vbiue praesentis, condemnationem metuat. Quodsi quis ergo metuit ex animo legem Dei, ille ex metu perducetur paulatim ad reuerentiam, deinceps ad pietatem et amorem Dei, ita, vt denique a virtute defecturus non sit.

PARI, et si adinodum incundiore, modo, meditatio felicitatis aeternae studium pietatis adiuuabit. Quum enim mortales appetant bona omnis generis, et media mament cuncta, quorum ope suas emendent actiones; igitur non possunt non praemia aeterna, quae comitantur pietatem, calcar subdere, vt consequantur pietatem promoueantque. Nam beneficia quae Deus contulit in mortales, obligant vicissim omnes, vt redament illum. Hic amor praecipue impellit et incitat, vt eundem propter praemia, quae promisit, sincere et caste colant. Quare mens est sancta et integra hominis, si ad virtutem incitatur spe bonorum eiusmodi, quae ornant illam pietate, puritate, iustitia, arque ad unionem cum Deo et in coetum spirituum perfectorum euehint. Neque vero meditatio beatitudinis aeternae efficit, vt officia et commoda huius vitae contemnantur. Virtus, cuius magna olim felicitas erit in vita altera, ea non tuebitur nomen hoc, nisi obseruentur officia, ad quae ista obligat. Mens illa, et obuersatio quae in caelis est nec nisi caelestia optat, sperat, cogitat, (Phil. III, 20.) ea ab officiis faciendis non eximit, sed tantum cohortatur vt caueamus, ne caduca huius vitae negotia felicitatem esse nostram summam existimemus. (J) VII.

(J) Arcto vinculo nexuque motu reuelata coniunguntur inter

VII.

PORRO, praestantia motiuorum scripturae sacrae Motiuo-
inde patebit lucenter, si ista sigillatim ac relative, et rum per-
vario quidem modo, considerantur. Ante omnia, ^{sectio}
motiuia ad finem referam, ad quem data sunt. Sci-II) rela-
tieer, ex motiuis quatenus finem sui promouent, ut
titas redundant haec, vt homines inemendati ac prauitratione
tum occasione destituantur, tum excusatione, emenda-
tionem morum differendi ad aliud tempus. Huius rei
causa sacrae literae iudicii ultimi nec diem nec horam in-
dicarunt; de vanitate autem vitae humanae ac fragilitate,
certiores saepissime fecerunt omnes. (Matth. XXIII,
44. seq.) Indicarunt periculum, quod oritur ex com-
perendinatione hac: poenas grauiores dictitarunt neglig-
gentibus: (Luc. XII, 47.) exempla attulerunt eorum, qui
mediis in voluptatibus subito interierunt: (t) tandem
etiam producunt adeo per rationes commouentes effe-
ctum ipsum salutarem.

PRAETEREA, reuelatio diuina, Euangelium in pri-
mis, alias motiuia generis tradit, prioribus illis motiuis
subiun-

inter se. Poenae excitant;
poenae taedium, terrorem,
tristitiam producent. Prae-
mia autem efficiunt desideri-
um hilare, propositum recte
agendi, suauem voluptatem.
Poenarum ope, qui peccato-
rum domini ~~procerum~~ sub-
iecti sunt, hi a peccatis auer-
ti; praemii vero, ad sancti-
tatem vel incipiendam, vel
conseruandam, pii instigari
debent. Qui nexus vtriusque
perpendit, is obtundit aduer-

sarios reuelationis diuinæ, qui
obuertunt, poenis nonnisi ti-
morem seruilem excitari. E-
uanescit omnino cupiditas ac
desiderium peccandi, dolosum
illud et abditum, quod in
seruis superest, metu exami-
natis, si motiuia viraque, nexu
inter se arcto copulata, haut
temere dissoluuntur.

(t) Qualitatem hanc motiuorum
confirmavit alii et solidis causis
Cl. MULLERVS, in Theologia
Morali §. 146. seq. quem vide.

G

LIBRARY
EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATVRALIS

subiuncta quasique subordinata, et talia quae istorum scopum alleuat. *Primo*, Euangelium indicat modum ac media, quibus culpa et vitia tolli possunt. Ea res finem, qui prodit ex argumentis mouentibus, egregie promouet. Quousque enim aliquis dubitat de expiatione suae culpae, aut quousque mediiorum certorum est ignorans, nunquam motiva habebunt vim incitandi illius; quin iniustas potius esse iudicabit poenas diuinias, nec multum desiderabit beatitudinis cuiusdam alterius compos fieri. Quodsi igitur certi reddimur opera Euangelii, futurum esse, ut per fidem in merito Christi impetratur gratia Dei, et ut vitia remittantur atque aboleantur; quodsi praeterea Euangelium docet media, quibus liberamur a conscientia mala, media inquam, quae naturam omnino fugiunt: doctrinam certe morum reuelatam, quis negabit, naturali illi palmam praeripere? *Deinde*, Deus etiam ipse promisit, gratia et virtute Spiritus Sancti succurrere studiosis virtutum. Fortasse enim naturae nos imbecillitas, et si impellere motiva, et argumenta esse grauia videantur, nihilominus tamen, ne emendationi morum pietatique studeamus, detergere posset. Fortasse adhuc haesitaremus de certitudine promissionum diuinarum. Fortasse de impletione incerti, nesciremus, quid agendum sit tandem. At enim vero quia Deus promisit ipse infirmitatibus nostris auxilio succurrere, gemina inde ratione impellimur ea faciendi quae ipse vult, impensae que amandi hunc qui nostra caussa facit omnia. Quid, quod de felici euentu motiuorum conuicti, incendimur magis cupiditate, praeceptis diuinis obtemperandi?

Motiuo-
rum per-
fectio re-

VIII.

SUPRA exposui, (§. I. Sect. III.) inter perfectiones motiuorum pertinere etiam hoc, si illa distincte et perspicue bona vel mala repraesentant. Vtrumque vero Deus optimus,

mus, qua est benignitate summa, procurauit. Reue-*lativa*
 latio enim diuina *pleniū* multo, multo *distinctius* ex ^{2) quoad} rationes mouentes, has, quae per naturam quo-*perspicui-*
 que innotuerunt. Spirantem *ideas*, sacris in literis,
imaginem tum poenarum, tum *praemiorum*, quae aut
 vitio, aut virtuti, instar comitis, adhaerent. Haec
 tot exemplis sunt illustrata, vt nemo tam rudis sit,
 quin intelligat; vt nemo contumaciae caussam obuer-
 tere queat, deficientiam perspicuitatis. Ad cognitio-
 nem motiuorum pertinent descriptiones eorum, qui res
 gestas populi Iudaici enarrarunt, et ὑπὸ Πνεύματος ἀγίας
 Θεόμενοι promiserunt cultoribus virtutum vitam longae-
 uam, valetudinem integrā, et alia bona plura, tanquam
 certa consecaria virtutis intemeratae. Praeterea, reue-
 latio diuina *motiu*: quoque, quae natura ignorat, distin-
 te tradit. Etsi enim *perfectam* eorundem cognitionem
 comprehendere, dum viuimus, non possimus, tamen et
 poenas fore, et *præmia*, aeterna, *ἀπόθετα*, maxima,
 id ex libris sacris intelligimus. Hi indolem subinde de-
 scribunt huius felicitatis verbis figuratis et elegantissimis,
 iis tamen, vt nec perspicuitati rei nec magnitudini ali-
 quid derogetur. Ad ea certo cognoscenda, principii in-
 itiar ponunt et animae immortalitatem et iudicium extre-
 mum, quae ambo ratio, non, nisi forte *ἐν σκιᾳ* et cum
 specie veri, perspicit. Decet autem assensum dare testi-
 monio illius, qui nec fallere nec errare potest. Non
 decet commenta rationis, quae ad sinistra omnia ducunt,
 præferre.

VIII.

NEQVE continent aliquid motiu literarum sacra-*Motiu-*
 rum, quod cognitioni Dei naturali, eiusdemque attri-*rum per-*
 butis moralibus, aduersum est. Quodsi in libris diuini-*seſſio re-*
 nis non nisi orationes comtae, elegantulæ et dulces *lativa*
 legerentur, in quibus indoles tam virtutum quam vitio-*3) quoad*
rum,

naturam diuinam. rum, suauiter, more pictorum, adumbrata esset; quod si nec alia essent pronuntiata, quae vel ad praemja aeterna vel poenas pertinerent, certe praecepta huius generis neque τῷ πέπω et dignitati, neque maiestati sumimi Numinis ac legislatoris conuenirent; finis autem reuelationis, ut quae vñsi esse debebat omnium, acquisitus non fuisset. Decet enim sapientiam diuinam, hominibus, ratione ornatis, *motua* offerre, quae ad officia faciendum perpellant statim, et quae ardore boni continent. Decet benignitatem diuinam, hominibus bona conferre tot, quot capere possunt. Cum hac φιλανθρωπia Dei conueniunt plane praemia illa aeterna, quae Deus legi obedientibus promisit. Cum hac φιλανθρωπia Dei nec pugnant istae poenae aeternae, quae, vt sunt grauissimae erga rebelles, nihilominus de gratia Dei erga pios etiam haec attestantur. Quum etiam singulos expertet sive felicitas aeterna, sive miseria, certum est sane amoris diuini indicium, quod frequenti ac repetita annuntiatione iudicij instantis, omnes monere, vt caueant, voluit. Haec *motua* conueniunt maxime cognitioni vniuersiusque, qui religionis non omnino est expers. (u) Homo enim valde est proclivis ad credendum, si docetur, Deum esse benignum, iustum, potentissimum. Haec autem attributa diuina non demum per rationes has commouentes innescunt, sed omnes ac singuli, qui ad creationem huius vniuersi et ad prouidentiani

(u) Motua reuelationis diuinae quoniam testantur de beniuentia Dei et amore, ut qui vicissim amoris nostri erga Deum est fons; hinc intelligitur, *motua* de quibus hue vñque dixi, pro principio do-

ctrinae morum reuelataeponi posse. Nec minus ratio reddi potest, quare scriptura sacra tam frequenter per amorem atque misericordiam Dei excitat ad officia facienda. Rom. XII, 1. XV, 9. Eph. II, 4.

dentiam diuinam respiciunt, conuicti et certi fiunt de eo quod illa Deo competunt. Quodsi igitur indicis euinci alii non posset, *motiu*a**, quae diuina reuelatio tradit, *perfecta* esse, res tamen ipsa certa et omnino indubitate esset, vel propterea, quoniam motiu*a* ad virtutem cum diuinis attributis pulchre conueniunt.

X.

QVVM desiderium maximum perficiendi se, a Deo hominum naturae sit inditum, non video, quare non deceat, animum humanum motiu*a* permouere. Si enim confitatur, felicitatem nostram promoueri legibus praescriptis, necesse est, vt, dirigendam ad voluntatem nostram, quae haut optima non raro desiderat, vt (inquam) comoda, quae obedientiam legum comitantur, clare proponantur. Subinde homines cupiunt, a praua concupiscentia liberari, atque vt illud possint, serio allaborent. At desunt vires. Oppressa vix una, eademredit ipsa armatio cupiditas. Ecquid igitur, quae*so*, generi humano dari ab indulgentia summi Numinis potuisset, ecquid optabilius meliusque, quam patescit illa bonorum malorumue, quae nunquam desiderem finiunt esse hominem in colendis officiis, sed stimulis calcaria subdunt? Tit. II, II. Neque vero naturae, aut (ex parte) desideriis eius, repugnat, quod aut praemia aut poenae in sempiternum durant. Immo aptius est, animam, quae felicitatem aeternam gestit, perpetuas autem miseras auersatur, flectere rationibus huius generis, quam vnic*e* breui, caduca, ac temporaria tranquillitate illicere, et in discrimen de animae post mortem statu inducere. Denique, quia etiam praemia aeterna, obiectum fidei; poenae autem ac praemia, demum futura sunt, inde igitur nec libertati hominum aduersantur.

H

XI.

LIII EMENDATIO DOCTRINAE MORVM NATVRALIS

XI.

Quantitas emen-
tias emen-
dationis. Quae huc usque, pro virium modulo, differere potui, ea vero quantitatem emendationis motiorum in doctrina morali constituent. Neque enim, in rationibus e revelatione desumptis, iisque mouentibus, distincte tantum bona et mala proponuntur, sed omnia sunt eiusmodi, ut cito permoueant nos, naturaeque nostrae conueniant. Horum omnino nullum cedit in motu doctrinae naturalis morum, eti id necessario ad motuum aliquod requiratur. Motua itaque scripturae sacrae prioritores tueruntur partes, quocunque ea nomine consideramus. Virtutem reddunt incundam amabilemque, religionem Christianam stabiliunt, gloriae Dei inferuunt. Coniunxit Deus cum his motuus nexus non dissoluendo, officia huius vitae, et bona vitae alterius obtinenda. Praue igitur ac peruerso errant, Deumque laedunt maligne, isti omnes, qui has rationes mouentes, has Dei hominumque naturae idoneas, contemnunt, qui placita naturae ac sola dogmata rationis laudibus indignis extollunt, et motua excogitant, quibus nemo mortalium flecti, nemo serio conuerti potest. Res arbitrii esset nostri, et parum admodum referret, quicquid sentiat homo, si motua vnic contemplatione, si mente et cogitatione saltem continerentur, nec cum officiis aut felicitate hominum coniuncta essent. At quia animus horum insipiens oritur ex praeiudicatis opinioneis, ex desidia negligentiisque, et quia praeterea momenti res tanti studiose contemnitur, in grauem merito reprehensionem incurrit NATURALISTAE, ac DEISTAE, et profecto Deo Trinuno olim, et Christo judici fient *ἀνπολεόγυται*, inexcusabilesque.

IX

H

PRAE-

PRAESTANTISSIMO ATQUE NOBILISSIMO
AVCTORI DISSERTATIONIS

IOHANNI IACOBO VVASSER

IOH. BENEDECT. CARPZOV

Magnam, vim magnam habent exempla proba in animis erectis, et virtutum, sapientiae, Numinis in primis sandi, cultoribus; nam illa aciunt mirifice intelligentiam, desiderationesque poliunt, et praecipue incitant ad ingenuam illum mentis nobilitatem, elegantiem, liberalitatem, industriamque. Hae virtutes, si accedit literarum utilium atque honestarum cultura, tandem in homine huiusmodi, pio et bene composito, domicilium perpetuum figunt. Tu certe, ingenuus, et ad omnem boni animi cultum excitate luenis, charissime VVASSERE, posteaquam agendi principium a Deo duxisti, exercuisti praeclare ingenium, rumorem Tibi bonum in dies collegisti, et seruasti, decora exempla ad regendam moderate vitam initatus es, talenque in omnibus studii partibus Te praefixisti, ut in hoc laudis cursu, aequalibus Tuis, (bonos puto et ipsos, atque doctos,) nibil concederes. Duo anni sunt, quum ex Academia lenensi ad nostrum coetum commeasti discendi causa, et specimen dedisti diligentis, probi, pii, sedati, eximii ciuii. Remotus interuallo magno a sodalibus malis, morum potius probitate et diligentia, magistrorum Tibi tuorum voluntates conciliasti. Ego quidem certe, quia fidei etiam consiliisque Te meis commisi, parcus ego ille ceterum ab immoderata lauda-

laudatione iuuenum quoramcunque, fateor tamen, et libere
profiteor, Te fuisse p[re]al[ia]is nostratuum, qui industriae lite-
raturaque laude floreres, et vita exemplique expectationem
meam sustineres. Iam sub abitum quoque Tuus, parum
negligis consuetudinem istam, sane laudabilem, dum publi-
ce disputas de quaestione graui; illa est ipsa quaestio, quam
Curatores Belgae legati illius Stolpiani proposuerunt in
Commentariis literatis, quo ingenia possent nobilia suos ner-
uos contendere. Huius argumenti aliquanto excutiendi,
postquam Tibi industriam, suastione sapienti, et auctoritate
sua, imposuerat patronus Tuus, et meus item fautor, Ve-
nerandus IERUSALEMVS Abbas; ostendere, vel hoc ipso
nomine, exemplorum vim praeclarorum voluisti. Quaesti-
onem vero ipsam propositam, tam apte, digne, plane, ex-
pliasti, ut satis pateat, Te, in disciplina sublimium et
arduorum religionis capitum, totum, omninoque defixum;
sapientiae autem humanae non minus peritum esse. Non
igitur tam iniquus diligentiae index sum, ut Tibi, orna-
tissime iuuenis et laude digne, palmam, pietate et industria
partam, inuidiam, vel eremptam cupiam. Quem potius ita
vixisse in Academia nostra, et res suas egisse, testor, et
Avunculo Tuo, Illustri KECKIO, meritorum gloria nobi-
lissimo Archiatro maximi Principis nostri, confirmo, me
non posse non hunc illum suum cœp[er]e, abeantem a nobis
honorableissime dimittere, et reverso denique in patriam,
quod bene feliciterque eueniat, merito optare, ut is dignum
aliquando virtute locum capiat, imprimisque de coetu sacro,
quin omni adeo republica literaria, bene mereatur. Deopro-
perabam Helmstadii, Kalendis ipsis Septembribus, anno re-
cupерatae gratiae MDCCCLXI.

00 A 6366



56.

VD 18

VDX

Retro



16

ATIO THEOLOGICA
DE
ATE EMENDATIONIS
E MORVM NATVRALIS
PER
ATIONEM DIVINAM

QVAM
B PRAESIDIO
NIS BENEDICTI
CARPZOV

NASTERII REGIOLOTHARIENSIS
GIAE DOCTORIS ET PROFESSORIS
PUBLICI ORDINARII

IN
O MAGNO THEOLOGICO
PUBLICE TVEBITVR

AVCTOR
ES IACOBVS VVASSER
NGENSIS SAGR. TH. CANDID

SEPTEMBR. A. I. S. MDCCCLXI

HELMSTADII
S IOHANNIS DRIMBORNII

B.I.G.